gnouit in umbra . . Prudentiores dicunt animas receden-
[tes á cor

Z poribus [7]) . . sordidiores esse donec purgentur quę purgatę
[incipiunt

Praeterea in Horatianis:

f. 185[b] col. 2, Serm. I, 2, 11:

Z respondit laudat rabhis [8]) culpatur ab illis

ib. Serm. I, 2, 19:

Z ero [9]) quaestu sumptum facit hic uix credere possis

---

[1]) *Verba* Ad çtheris Imitationem *male a prioribus, quibuscum coniungenda erant, separata sunt.*

[2]) *Pro* inanissimam quidam.

[3]) *Pro* calathus.

[4]) *Verba* uel canistrum *desunt in ceteris codicibus.*

[5]) *M. I scriptum fuit* uenient, *m. II corr.*

[6]) *Suprascr. m. II* rethoricis: *itaque in verbo* criticis *adnotator offendisse videtur, nisi potius* quemque *reponi maluit.*

[7]) *Pro* ei donauit.

[8]) *Ob Graeca corrupta.*

[1]) *Hoc loco nota aut ad istam vocem pertinet aut ad* sed *particulam post* redire *omissam.*

[2]) *Alii libri* prope *habent. Fortasse et ipsum vocabulum* uitiose *notam elicuit, sed illud magis adridet.*

[3]) *Pro* purior.

[4]) *Pro* necyomantia uel sciomantia.

[5]) *In marg. m. II*: corrg. nec.

[6]) *Pro* eleuandum.

[7]) *Nota ad pravam interpunctionem post* corporibus *positam pertinere videtur.*

[8]) *Pro* laudatur ab his.

[9]) *Leg.* pro.

f. 185b, Serm. I, 2, 33:

Z nam simul ac uenas inflauit tęcta [1]) libido

Ambas notas inter se coniunctas habes duobus locis, quibus plures mendae insunt:

f. 17b, E. V, 90, cf. ed. nostrae vol. III, p. 64, 14. 15 et adnot.:

Ut si dicas. Pul
Z ϒ cher est fernis [2]). Faunorum Satyrorum. Silenorum. dilecta
tio

f. 20a, E. VI, 73, cf. ed. nostrae vol. III, p. 79, 26—29:

Cyllarus
cum castore quorum domitor fuerit Item et manibus progne
[pectus . . . . [3])
Z . . . . [4]) aut certe sit histeroproteron ut quasi utrius-
ϒ [que fabulę uideatur face
re commemorationem

In tanto utriusque notae significationis consensu illi Z vocem ζήτει vel ζητητέον subesse coniecerim, in ϒ vero fortasse *require* vel *requirendum* latet.

Cap. 6.

De nota V vel V̄.

Quia omnibus locis, quibus hoc signum praeponitur, versus inest, quin eo versus notio significetur, haud dubium. Vide sis haec exempla:

f. 2b, Serv. Praef. Ecl., cf. ed. nostrae vol. III, p. 2, 7—9:

V Ut. Nos patrię fines et dulcia. l. a. Primus etiam pes
[secundum donatum et dac
tylus

ib. Praef. Ecl., cf. ed. nostrae vol. III, p. 2, 12. 13:

Teren
V tianus cum de hoc metro diceret. Plurimus hoc pollet
[sicula telluris alumnus

ib. Praef. Ecl., cf. ed. nostrae vol. III, p. 3, 3:

V̄ Mantua. uę miserę nimium uicina cremonę.. Perdito ergo
[agro

f. 4a, E. I, 7, cf. ed. nostrae vol. III, p. 6, 1—3:

Oratius Praesenti tibi maturos largi
V̄ mur honores IUrandasque tuum per nomen ponimus aras.
[Sic lucanus.

f. 4b, E. I, 23, cf. ed. nostrae vol. III, p. 8, 15—17:

V̄ Nam est sedes deorum. Hoc autem eum dicere ille com-
[probat uersus. quantum
lenta solent inter uiburna cupressi.

f. 6a, E. II, 20, cf. ed. nostrae vol. III, p. 21, 11—13:

oues in ingenti sunt pretio. Unde in georgicis legitur..
V̄ [Continuoque
greges. lege. mollibus albos.. Item. Alibi. Munere sic

f. 96a, A. III, 138, cf. ed. nostrae vol. I, p. 368, 24. 25:

V mitis est. unde. oratius.. condito. mitis.. placidusque telos..
[supplices audi

f. 115a, A. IV, 609, cf. ed. nostrae vol. I, p. 570, 12—15:

tyfone eius fratre uxor. isis. per totum orbem requisisse
V [dicitur. Iuuenalis. plan
gentis populi. Currit derisor. anubis. sed modo usurpatiue.
[Diras dixit

Interdum pro V̄ nota plene scribitur *uersus*, ut:

f. 138b, A. VI, 725, cf. ed. nostrae vol. II, p. 102, 10—12:

V̄ clauditur.. Globum autem ideo quia dicitur Sperodes
sus [esse.. Titaniaque astra

Cap. 7.

De nota f vel f vel fab.

Haec nota fabulam, h. e. mythum apud Servium extare scitu dignum significat, id quod quaevis fere pagina clamat, cf. instar omnium haec pauca:

f. 6b, E. II, 24, cf. ed. nostrae vol. III, p. 21, 26. 27, p. 22, 1:

f Amphion et sethus fratres fuerunt ex | ioue et antiopa
sed zethus rusticus fuit amphion uero musi | cę artis peritus

ib. E. II, 26, cf. ed. nostrae vol. III, p. 22, 21. 22:

f Dafnis fuit filius mercurii formosissimus | puer qui primus
dicitur pastor fuisse.

f. 7a, E. II, 31, cf. ed. nostrae vol. III, p. 23, 14—17:

f Nam Pan deus est rusticus in naturę similitudinem ru | bet
eius facies.

[1]) *Pro* taetra.
[2]) *Pro* frenis; *praeterea* dilectatio *quoque vox notata esse potest.*
[3]) *Lacuna* 12 *litterarum.*
[4]) *Lacuna* 11 *litterarum.*

f. 8b, E. II, 63, cf. ed. nostrae vol. III, p. 27, 23. 24:

fab Et bene se reuocat ad rusticas com | parationes pene enim fuerat lapsus dicendo Pallas quas condidit arces.

Nam et hoc loco Palladis nomen in versu positum adnotatori fabulae notionem innuere visum est. Suspiceris igitur, in hisce quoque de fabula agi, quae f. 95a, A. III, 104 habes, cf. ed. nostrae vol. I, p. 360, 3–6:

f̄ Ut autem fingatur | Saturnus filios suos comesse ratio haec est quia dicitur deus esse ęternitatis et sęcu | lorum. (di)
mys̄ Sęcula autem annos ex se natos in se reuoluunt unde graece KRonos | quasi XRonos idest tempus dicitur.

Possis enim solvere *fabula mystica*; sed malim *figura mystica* his locis conlatis:

f. 95b, A. III, 113, cf. ed. nostrae vol. I, p. 363, 17–19:

Ideo autem mater deum curru ue | hi dicitur quia ipsa
mysti est terra quę pendet in aere ideo sustinetur rotis quia
ca fig̃ et mun | dus rotatur et uolubilis est.

f. 97a, A. III, 209, cf. ed. nostrae vol. I, p. 379, 22–25:

furię
fig̃ haec est ratio quia ipsę esse dicuntur unde epulas | di-
mys cuntur abripere quod est furiarum ut et manibus pro-
tica hibent contingere mensas unde et aua | ri dicuntur (dicuntur *linea inductum*) finguntur (p) furias pati abstinent (*corr.* abstinentię) partis. [1])

Cap. 8.

De notis ꝗ et ꝑ et ✱.

Qui loci his notis distincti sunt, id habent singulare, ut fere semper aliquid novi vel scitu digni proferatur sive artem grammaticam sive res naturales vel philosophicas vel historicas fabularesve spectans. Quarum nota ꝗ in Servio multo est frequentior quam altera, nota ꝑ in Horatianis atque Ovidianis una valet. Atque unam eandemque utriusque notae esse significationem, pauci ex innumeris loci infra adlati satis superque demonstrabunt neque dubitari potest, quin *chresimi* [1]) iam a veteribus usurpati similemque in modum picti notio subsit.

De priori igitur signo vide haec:

f. 5b, Serv. E. I, 32, cf. ed. nostrae vol. III, p. 9, 29; p. 10, 1:

ꝗ Unde etiam pecunia dicta est á peculio.. Aut certe et ł modum ł ad mores hoc ad | morsum temporum pertinet.

f. 6a, E. II, 18, cf. ed. nostrae vol. III, p. 21, 5. 6:

ꝗ Ligustrum autem flos est can | didus sed uilissimus.. Uaccinia uero sunt uiolę quas purpurei colo | ris esse manifestum est..

f. 14a, E. IV, 6, cf. ed. nostrae vol. III, p. 45, 12. 14. 15:

ꝗ Redit | et uirgo. idest Iustitia. quae erigone fuit et permiscet lau | des tam pueri quam pollionis quam augusti.

f. 15a, E. IV, 44, cf. ed. nostrae vol. III, p. 51, 6. 7:

ꝗ Lu | teo. colore. idest rubicundo.. Et est ypallage pro. croco. luteo

f. 16b, E, V, 40, cf. ed. nostrae vol. III, p. 59, 3–5:

fontibus
IN | ducite frondibus umbras.. Facite nemora circa fon-
ꝗ tes. Et hoc | ideo. quia ut diximus. hęroum animę habitant uel in fontibus uel in nemoribus.

f. 17b, E. V, 66 extr., cf. ed. nostrae vol. III, p. 62, 13. 14.

ꝗ Per Altaria supernum numen ostendit.. Per parem numerum infernam indicat po | testatem..

Integrioris chresimi formae haec sint exempla aliquot:

f. 2b, Praef. Ecl., cf. ed. nostrae vol. III, p. 2, 14–16:

q ꝑ Et INtentio poetę haec est Ut imitetur | theocritum siracusanum. meliorem. moscho et ceteris qui bocolica | scripserunt.

f. 4b, E. I, 21, cf. ed. nostrae vol. III, p. 8, 4:

ꝑ Ouium teneros. Perifrasis agnorum.

f. 5b, E. I, 32, cf. ed. nostrae vol. III, p. 10, 4:

ꝑ Sane peculi pro peculii | per sincresin dictum est.

f. 6a, E. II, 20, cf. ed. nostrae vol. III, p. 21, 7. 8:

ꝑ Quam. diues pecoris. n. Tria. sunt quibus | amatores possunt placere.. Diuitiis pulchritu | dine cantilena..

[1]) *f.* 136b, *A. VI,* 659, *cf. ed. nostrae vol. II, p.* 91, 21–24: *adscriptum est* mysticum *his verbis* (*de Eridano agitur*):

qui in italia padus uocatur quem alii ad inferos uolunt tendere | alii nasci apud inferos et exire in terras. Ideo autem ista finguntur quia de apennini | parte oritur quae spectat inferum mare et tendit usque ad superum.

[1]) Cf. Isid. Orig. I, 20. Siglum ex duabus litteris Graecis Χ et Ρ, chresimi initiis effectum est.

f. 14^{b}, E. IV, 12, cf. ed. nostrae vol. III, p. 46, 20—22:

☧ Nam antea quintilis et | sextilis dicti sunt Et hoc etiam trahit ad argumentum aurei sęculi.

f. 15^{a}, E. IV, 34, cf. ed. nostrae vol. III, p. 49, 22—25:

☧ Specialia pro generalibus ponit Nam per typhim . quemcunque gubernatorem ; accipimus. Per ARgo quamcunque nauim. Per troiam quamcunque ciuitatem ; Per achilem quemcunque uirum fortem.

Iam in Horatianis atque Ovidianis quae adnotator hoc signo distinxerit, scitu perquam dignum, quare hos locos omnes infra adponam:

f. 168^{a} col. 1, Hor. Carm. I, 12, 19 s.:

☧ proximos illi tamen occupauit
pallas honores

f. 168^{a} col. 2, Carm. I, 12, 45:

☧ Crescit occulto uelut arbor ęuo

ib. Carm. I, 20, 11:

☧ temperant uites neque formiani

f. 168^{b} col. 1, Carm. I, 22, 19:

☧ quod latus mundi nebulę malusque [1])

f. 170^{b} col. 1, Carm. IV, 6, 29:

☧ spiritum phoebus mihi phoebus artem [2])

f. 171^{b} col. 1, Epod. 2, 22:

☧ Siluane tutor finium

f. 172^{a} col. 1, Epod. 10, 9 s.:

☧ Nec sidus atra nocte amicum appareat
qua tristis orion cadit.

f. 172^{b} col. 1, Epod. 15, 7:

☧ Dum pecori lupus et nautis infestos orion [3])

f. 178^{a} col. 2, Carm. III, 2, 13:

☧ dulce et decorum est pro patria mori

[1]) De Scotia cogitavit scriptor Scoticus.

[2]) Ad sua carmina in codicis fine scripta (de Leodfrido etc.) adludit librarius.

[3]) Notandum, duobus his locis extremis Orionis mentionem fieri, qui et f. 170^{a} col. 1, Carm. III, 27, 18, nominatur:

Pronus orion ego quid sit ater,

ubi ‡ nota adpicta est, de qua infra dicemus.

f. 183^{a} col. 2, A. P. v. 133:

☧ nec uerbo uerbum curabis reddere fidus

f. 183^{b} col. 1, A. P. v. 156:

☧ Aetatis cuiusque notandi sunt tibi mores

f. 184^{a} col. 1, A. P. v. 281:

☧ successit uetus his comoedia non sine multa laude

f. 184^{b} col. 2, A. P. v. 393:

☧ dictus ob hoc linire tigris rabidosque leones

f. 186^{a} col. 2, Serm. I, 2, 112 s.:

☧ quid latura sibi quid sit dolitura negatum
c quaerere plus prodest et inane abscedere soldo
☧ Num tibi cum fauces urit sitis aurea quaeris

f. 187^{a} col. 2, Ov. Met. I, 71:

☧ sidera coeperunt toto efferuescere cęlo

ib. Met. I, 78:

☧ natus homo est siue hunc diuino semine fecit

ib. Met. I, 96:

☧ nullaque mortales praeter sua litora norant

f. 187^{b} col. 1, Met. I, 99:

☧ non galeę non ensis erant sine militis usu

ib. Met. I, 102:

nec ullis
☧ saucia uomeribus per se dabat omnia tellus

ib. Met. I, 109:

☧ mox etiam fruges tellus inarata ferebat

ib. Met. I, 129 s.:

☧ omne nefas fugitque pudor uerumque fidesque
·γ· in quorum subiere locum fraudesque dolisque
insidięque tuis et amor sceleratus habendi

f. 187^{b} col. 2, Met. I, 172:

☧ atria nobilium ualuis celebrantur apertis

f. 188^{a} col. 1, Met. I, 778:

☧ ethiopasque suos positosque sub ignibus indos

f. 188^{b} col. 1, Met. III, 32:

☧ martius anguis erat cristis praesignis et auro

His subiungam parvam de simili nota ✱ quaestionem, quae non nisi raro invenitur. De f. 170^{a} col. 1 iam

supra diximus; adest etiam f. 187^b col. 2, Ov. Met. I, 168:

✻ est uia sublimis cęlo manifesta sereno,

deinde f. 15^a iuxta locum Serv. Ecl. IV, 53, cf. ed. nostrae vol. III, p. 52, 6—8:

> Utinam | possim frui uitam longissimam et habere tantum spiritum quantus posset suffi | cere ad tuę uirtutis commemorationem..

Eandem fere huic notae vim inesse, quam in reliquis duabus deprehendimus, satis veri est simile, nec non f. 57^b, Serv. G. IV, 553, cf. ed. nostrae vol. III, p. 359, 7—9:

> Notandum sane quod et hoc euen | tu. illa. ars inuenta est quam supra memorauit et melior facta per industriam.

Cap. 9.

De nota q vel q.

Haec nota creberrime posita tum adhiberi videtur, cum apud Servium quid legitur, de quo amplius quaerendum esse tibi persuadeas. Nam quaerendi sive quaestionis notionem subesse inde conici potest, quod ipsa vox *quaestio* plenis litteris scripta est f. 31^a, 35^b bis, 80^a. Cf. e. gr. haec:

f. 2^b, Praef. Ecl., cf. ed. nostrae vol. III, p. 2, 6. 7:

q. Qui. pes si sit dactylus meliorem. efficit. uersum

ib. Praef. Ecl., cf. ed. nostrae vol. III, p. 2, 14—16:

q Et INtentio. poetę haec est Ut imitetur | theocritum siracusanum. meliorem. moscho et ceteris qui bocolica | scripserunt.

ib. Praef. Ecl., cf. ed. nostrae vol. III, p. 2, 19. 20:

q IN qua. Re. tantum dissentit. á theo | crito.. Ille enim ubique simplex est.

ib. Praef. Ecl., cf. ed. nostrae vol. III, p. 2, 23—25:

q. Nam uirgilii uersum de hasta. dictum | figurate. ad. speculum transtulit.. Et Causa. scribendorum bo colicorum haec est.

f. 3^a, Praef. Ecl., cf. ed. nostrae vol. III, p. 4, 1—4:

q Notandum quoque bocolica uel georgica cum apud graecos in | fine habeant accentum. apud nos In tertia. á fine
q habere sillaba. Nam ut | in ultima sit latinitas uetat. Ut
q. in penultima non sit breuitatis efficit | ratio. Et iam. sciendum et personas etc.

f. 3^a, Praef. Ecl., cf. ed. nostrae vol. III, p. 4, 13. 14:

q Hinc | est quod annos fructibus comparat et computat.

f. 3^b, E. I, 1, cf. ed. nostrae vol. III, p. 4, 21—24:

Et hoc loco tityrum sub. persona uirgilii de | bemus accipere.
q Non tamen. ubique Sed. tantum. Ubi. exigit ratio. Quod autem dicit | eum sub fago iacere. Allegoria est honestissima quasi sub arbo | re.

ib. E. I, 5, cf. ed. nostrae vol. III, p. 5, 17. 18:

q Et me | lius est ut simpliciter intelligamus. Male enim quidam allegoriam uo | lunt.

f. 4^a, E. I, 7, cf. ed. nostrae vol. III, p. 5, 23. 24, 6, 1:

q Semper idest post mortem et dum | uiuit. Alii enim Imperatores post ȯ mortem in numerum Referuntur deorum.

f. 8^a, E. II, 53, cf. ed. nostrae vol. III, p. 26, 15:

q Cerea. pruna.. Aut cerei. coloris. Aut mollia∴

f. 9^a, E. II, 71, cf. ed. nostrae vol. III, p. 28, 29:

q Nam et | hoc utroque iungitur casui. tribus et casibus adiungitur ut | egeo panis panem pane..

f. 9^b, E. III, 8, cf. ed. nostrae vol. III, p. 31, 21. 22:

q Ut sit. Ypallage. pro oculis in hircos retor | tis. quam rem solet libido perficere.

f. 10^a, E. III, 10, cf. ed. nostrae vol. III, p. 32, 2. 3:

q Ita enim irati facere consuerunt cum aut non potuerint | aut noluerint obiecta dissoluere.

ib. E. III, 16, cf. ed. nostrae vol. III, p. 32, 20. 21:

q Aut si | dicas philosophus nomen ipsum ponis.. Si autem uelis dicere sapientię | operam dans. personam exprimens per officium

ib. E. III, 18, cf. ed. nostrae vol. III, p. 33, 1. 2:

q Latrante lycisca.. Lycisci sunt | ut etiam punius (*sic*) dicit Canes nati. ex lupis et canibus cum inter se forte | misceantur..

f. 45^a, G. II, 285, cf. ed. nostrae vol. III, p. 243, 29. 30:

q contra pic torem — Pascat prospectus delectet | Ut animum pictura pascit inani..

De q cum s vel l coniuncta vide cap. 10. Uno insu-

per loco d littera praefixa est, f. 10[b], E. III, 30, cf. ed. nostrae vol. III, p. 34, 12—15:

.d. q Male enim quidam quaestionem mouent . dicentes uitulam | paruam esse. Nec congrueret ut eam iam enixam esse dicamus. sed de | bere nos iuuencam subaudire.

quod fortasse pro *„doctorum quaestio"* vel pro *„de quaestione"* accipiendum est, nisi potius est *Dungal quaerit*, cf. B II, e, Dungal, et B II, a, Adentius.

CAP. 10.

De notis cor̄, cor̄ semper, c., c. *r̄.*, lege semper, hic incipe, hic lege, hic l., l, *r̄.*, l. *r̄.*, q. *r̄.*, q. l.

Quibus nota cor̄ adpingitur locis, hi omnes vel argumenti quodam pondere vel rerum ibi tractatarum novitate insignes sunt, cf.:

f. 48[a], Serv. G. II, 523, cf. ed. nostrae vol. III, p. 269, 11. 12:

cor̄ Pendent circum oscula nati. Contra illud Exilioque | domos et dulcia limina mutant.

f. 124[a], A. V, 801, cf. ed. nostrae vol. I, p. 650, 3. 4:

cor̄ sed hoc habet ratio omnes uires usu uenerio debilitantur | qui sine corporis damno non geritur

f. 138[a], A. VI, 720, cf. ed. nostrae vol. II, p. 99, 12. 13:

cor̄ animę comparatione qua uelocius nihil | est. uno enim momento cuncta discurrit.

f. 143[b] col. 2, Fortun. rhet. p. 83, 14. 15:

cor̄ quę est antistrofusa cum actionem suam conuertunt litigantes et neuter utitur sua priore sententia.

Interdum de ipso scholii argumento quid isti notae adfigitur, ut:

f. 114[b], A. IV, 547, cf. ed. nostrae vol. I, p. 561, 23—25:

cor̄ de morte quin idest potius uel immo morere et bene omnis intentio tendit ad mortem. Nam si procos rogare turpe est sola | mors superest.

Quo illud quoque pertinere facile tibi persuadeas:

f. 14[b], E. IV, 15, cf. ed. nostrae vol. III, p. 47, 12—14:

cor̄ adalgos Ille deum uitam sicut supra artificiose laudem con(poeta)fundit | ut possit esse communis Nam ad quemuis potest reperiri ille uel ad augus | tum uel ad solonium.

Sed multo creberrimus est vocis *semper* iunctae usus:

f. 41[a], G. I, 498, cf. ed. nostrae vol. III, p. 215, 2—5:

semper cor̄ Nam uerum nomen eius numinis quod urbi. Romę praeest sciri sacrorum le | ge prohibetur quod ausus quidam tribunus plebis. enuntiare. IN crucem | leuatus est..

f. 42[a], G. II, 49, cf. ed. nostrae vol. III, p. 222, 23—25:

cor̄ semper Unde epicurei dicunt nihil esse quod non habeat originem sui. hinc est | gigni de nihilo nihilum nihil. posse reuerti..

f. 48[a], G. II, 499, cf. ed. nostrae vol. III, p. 267, 18:

cor̄ semper Nam animus haud facile uerum prouidet.

f. 49[b], G. III, 67, cf. ed. nostrae vol. III, p. 281, 28. 29:

cor̄ semper Naturalem ordinem tenuit dicens aduenire morbum se | nectutem mortem.

ib. G. III, 95, cf. ed. nostrae vol. III, p. 284, 15. 16:

cor̄ semper Duo sunt quibus minuuntur corporis uires | senectus et morbus unde mire utrumque complexus est.

f. 60[a], A. I, 8, cf. ed. nostrae vol. I, p. 14, 8. 9:

cor̄ semper Sane obseruandum est ut non in | omnibus carminibus numen aliquod inuocetur.

f. 80[a], A. I, 686, cf. ed. nostrae vol. I, p. 194, 13—15:

cor̄ semper Regales inter mensas epulas intemperantes in quibus castitas rea est et facilis amo | ris occasio unde sine cerere et libero friget uenus.

f. 113[b], A. IV, 484, cf. ed. nostrae vol. I, p. 552, 12. 13:

cor̄ semper Unde. mala fingitur sustulisse | hoc est oues. Nam mala dicunt. et mela Nomos | dicitur pastor. ouium..

f. 114[a], A. IV, 516, cf. ed. nostrae vol. I, p. 558, 9—11:

cor̄ semper Et merito suspicati sunt amorem creari. ex carne sine qua mater non ali | ter execratum..

f. 117[a], A. V, 20, cf. ed. nostrae vol. I, p. 591, 19:

cor̄ semper In nubem cogitur aer. Nubes | enim aeris densitas facit quod infirmitates generat. Tenuis uero | aer sanior est degentibus uitam sub ea.

f. 137[b], A. VI, 714, cf. ed. nostrae vol. II, p. 98, 18—20:

cor̄ semper Docent autem philosophi anima descendens quid per | singulos circulos perdat unde etiam mathema(i p)tici fingunt quod sin | gulorum nominum potestatibus corpus et anima nostra con | nexa sunt.

f. 138ª, A. VI, 724, cf. ed. nostrae vol. II, p. 100, 20, 101, 1. 2:

cor semper — sicut ptholomeus deprehendit qui dicit translatum | ad aliud clima hominem naturam ex parte mutare. quia de toto enim non | potest quod in principio accepit sortem corporis sui.

Addita hic in margine etiam haec:

de scot | tis qui | moriuntur | in aliena | regione.

Illud cor vocabuli Anglosaxonici vel Scotici, cui animadvertendi vel recordandi notio inest, initium esse, inde efficias, quod f. 65ª, Serv. A. I, 135, expressis litteris legitur, cf. ed. nostrae vol. I, p. 59, 9. 10:

cormac semper — plus est enim innocentibus succurrere quam nocentium | delicta punire [1]).

Eodem, nisi egregie fallor, redire videntur sigla c (c.) et c. ſ. maxime in Horatianis posita:

f. 40ª, G. I, 415, cf. ed. nostrae vol. III, p. 209, 22. 23:

c — Nos uero et lęti esse inter nubila possumus et in serenitate solliciti.

f. 38ᵇ, G. I, 356, cf. ed. nostrae vol. III, p. 203, 20. 21, 204, 1. 2:

c — Aut freta ponti. Litora ponti quae feriuntur fluctibus. Duo autem dicit | naturalia futura enim tempestate et ante uentum fluctus mouentur et | fragor auditur et siluis arcanam etc.

f. 183ª col. 1, Hor. A. P. v. 71, 72:

Quae nunc sunt in honore uocula si uolet usus
c. — Quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi

ib. col. 2, A. P. v. 134:

.c. — Interpres nec disilies imitator in artum

f. 183ᵇ col. 1, A. P. v. 157:

.c. — Nobilibusque decor naturis dandus et annis

f. 184ª col. 1, A. P. v. 282:

.c. — Laude sed in uitium libertas excidit et uim

f. 184ᵇ col. 2, A. P. v. 391, 392:

Siluestres homines sacer interpresque deorum
.c. — Caedibus et uictu foedo deterruit orpheus

f. 186ª col. 2, Serm. I, 2, 113:

c — Quaerere plus prodest et inane abscedere soldo

[1]) Pro *cormac* etiam *comgan* scriptum invenitur, cf. infra.

f. 186ᵇ col. 1, Serm. I, 3, 49:

.c. — Parcius hic uiuit. frugi dicatur ineptus

Atque alterum c. ſ. revera idem valere, quod „cor semper", hic locus ostendit:

f. 182ᵇ col. 2, A. P. v. 58, 59:

cor — Nomina protulerit licuit semperque licebit
.ſ. — Signatum praesente nota producere nomen.

Sunt autem hi loci ista nota insigniti:

f. 168ª col. 1, Carm. I, 12, 46:

ſ — Fama marcelli micat inter omnes idest stellas
.c. — Iulium sidus uelut inter ignes
Luna minores.

f. 169ª col. 1, Carm. II, 6, 13. 14:

c — Ille terrarum mihi praeter omnes
.ſ. — Angulus ridet ubi non hymitto

f. 178ª col. 1, Carm. II, 20, 21. 22:

c — Discet hiber rhodanique potor
.ſ. — Absint inani funere nenię

f. 183ª col. 1, A. P. v. 79, 80:

c. — archilocum proprio rabies armauit iambo
.ſ. — hunc socci cepere pedem grandesque coturni

f. 183ᵇ col. 1, A. P. v. 169 s.:

c. — multa senem circumueniunt incommoda uel quod
.ſ. — quaerit et inuentis miser abstinet et timet uti

f. 184ᵇ col. 1, A. P. v. 359 s.:

.c. — indignor quandoque bonus dormitat homerus
.ſ. — uerum operi longo fas est obrepere somnum

Praeter *cormac* etiam *comgan* aliquotiens scribitur κιονηδόν, ut f. 21ª, 32ª, 32ᵇ, 33ª, 34ª bis, 35ª: *comgan semper* legitur f. 31ª ad Servii comm. Georg. I, 58 [1]) addita voce *quaestio*. Praeterea lectoris animus ad ea, quae in textu exposita sunt, vocibus *lege* vel *lege semper* vel *hic incipe* vel *lege hic* advertitur:

f. 47ᵇ, Serv. G. II, 479, cf. ed. nostrae vol. III, p. 264, 17. 18:

lege — Alii aquam dicunt genitalem sub ter | ris moueri et eas simul concutere sicut uas aquę

[1]) Eo loco de Chalybibus agitur, ceteri fere omnes res ad historiam naturalem spectantes tangunt.

f. 135^{b}, A. VI, 603, cf. ed. nostrae vol. II, p. 84, 1—3:

	Rex corinthiorum | tantalus amicus numinibus fuit qui
lege	cum frequenter susciperet et quodam tempore | defuis-
	sent epulę filium suum pelopem occidit et diis epulan-
	dum ad | posuit.

f. 42^{b}, G. II, 70, cf. ed. nostrae vol. III, p. 224, 21—23:

semper	dicit quid in quam arborem debeamus inserere. in
lege	arbuto nucem | in platano malum. in fago casta-
	neam. in orno pirum [1])

f. 43^{a}, G. II, 87, cf. ed. nostrae vol. III, p. 226, 8—10:

semper	Nam alcionus rex pheacum fuit in epiroticis inso-
lege	lis | diligens cultor ortorum unde per eius siluas
	arbores pomiferas intelligimus [1]).

f. 44^{a}, G. II, 146, cf. ed. nostrae vol. III, p. 233, 14—16:

lege	Clitumnus autem fluuius est in mea | uania quę pars
semper	est umbrię partis tuscię.. De quo flunio ut dicit
	plinius in historia naturali ani | malia quae potaue-
	rint albos creant..

f. 46^{a}, G. II, 380, cf. ed. nostrae vol. III, p. 251, 17—22:

lege	Uictimę numinibus aut per similitudinem | ut nigrum
semper	pecus plutoni per contrarietatem ut porca obest
	frugibus cereri caper obest uitibus libero | item ęscu-
	lapio qui est deus salutis cum capra nunquam sine
	febre sit.

f. 46^{b}, G. II, 397, cf. ed. nostrae vol. III, p. 255, 12—16:

lege	ut uinum | cui nunquam exhausti satis est et
semper	ut
uina uenena	incertum fructum metuendus iuppiter uuis |
ta de tem	et ipsum etiam fructum perniciosum ut bacchus
pestate [2])	et ad culpam causas dedit.

f. 135^{a}, A. VI, 552, cf. ed. nostrae vol. II, p. 78, 13. 14. 16. 17:

hic	solido adamante la | pis est durissimus et tantę solidi-
inci	tatis ut nec ferro possit infringi. Uirum non ad sexum
pe	retulit | sed ad uirtutem idest uirorum fortium

f. 21^{a}, E. VII, 21, cf. ed. nostrae vol. III, p. 85, 14. 15:

Et multi uolunt in hac egloga esse allegoriam.. Ut	lege
daphnis sit cęsar coridon uirgilius etc. [3])	inc

f. 135^{a}, A. VI, 582, cf. ed. nostrae vol. II, p. 81, 14—16:

efialt &	Aloidas geminos. aloeus iphi mediam uxorem ha-
napeę	buit quae compressa quae | compressa (*sic*) a nep-
lege hic	tuno duo peperit othum et ephialten qui digitis
	VIIII | per singulos menses crescebant.

f. 36^{b}, G. I, 247. 252, cf. ed. nostrae vol. III, p. 188, 24—26, 189, 14—18:

hic	Ut perhi | bent poetice Nam in rebus dubiis suam
lege	denegat fidem. Intempesta alta | crassa. Hinc idest ex
	ratione astrologię etiam conclusio est Nam hoc | dici
	non sine causa intuemur siderum et ortus et occasus.

Unde haud dubitari potest, quin f. 40^{b} quoque, ubi „*hic l*" adscriptum est, id simpliciter sit accipiendum pro ista quam modo tractavimus formula „*hic lege*":

f. 40^{b}, G. I, 461, cf. ed. nostrae vol. III, p. 212, 12—14:

hic	quid cogitet humidus auster idest in quam | se partem
l	inflectet utrum ad serenitatem an ad pluuias ut dixi-
	mus supra

Vidimus igitur, eum adnotatoris morem fuisse, ut integrorum vocabulorum loco primas eorum litteras substituere haud dubitaret. Scripsit enim „hic l" pro „hic lege", nec non „cor *f*." vel „c. *f*." pro „cor semper". Quid? Nonne nostro quodam iure illis quoque locis, quibus l littera per se posita adsidet, *legendi* notionem ei signo subesse suspicabimur nec non s litteram eodem modo *semper obseruandi* vim habere statuemus?

Atque illam l litterae notam e. gr. habes:

f. 3^{a}, Praef. Ecl., cf. ed. nostrae vol. III, p. 4, 10. 11:

l	Personę sicut supra diximus rusticę sunt et simplicitate
	gaudentes

f. 3^{b}, E. I, 5, cf. ed. nostrae vol. III, p. 5, 19. 20:

l	om | nibus gentibus. Plus enim stupet meliboeus si ita
	ille se | curus

f. 4^{b}, E. I, 23, cf. ed. nostrae vol. III, p. 8, 12. 13:

l	Putabam inquit ante ita romam comparandam esse aliis
	ciuitatibus ut | solet hedus caprę comparari.

f. 5^{a}, E. I, 27, cf. ed. nostrae vol. III, p. 8, 28. 29:

l	Aut certe simpliciter intel | ligamus hoc loco tytirum sicut
	pastorem locutum.

[1]) Vide monachum accuratam in arboribus colendis diligentiam summopere commendantem.

[2]) Patrem cellae vinariae praepositum murmurantem audio.

[3]) Item f. 53^{b}, in qua pagina de apibus mellisque fabricatione agitur, scriptum est in superiori marginis sinistri parte *hic*, sequitur infra novem fere linearum spatio interiecto: *incipit* | *lege*. Sed haec omnia, quae ad f. 21^{a}, 53^{b}, 135^{a} adscripta esse modo docuimus, non eadem, qua cetera, manu sed aliquanto seriore exarata sunt, quam s. XI vel XII adsignaverim. Eadem manus et f. 36^{b} et 40^{b} notas, quae infra proferentur, adpinxit.

f. 10ª, E. III, 16, cf. ed. nostrae vol. III, p. 32, 22. 23:

l Nam | pro seruo furem posuit. furta enim specialiter seruorum sunt.

ib. E. III, 8, 9, cf. ed. nostrae vol. III, p. 31, 22–25:

l Unde iuuenalis ocu | losque in fine trementes. sed faciles nimphę risere ideo quid indul | serunt nimfę quia mites sunt et exorabiles.

f. 49ª, G. III, 48, cf. ed. nostrae vol. III, p. 279, 19–21:

l. Tithonum pro sole posuit. idest pro titane. Nam. tithonus frater lamedontis fuit quem prae | liantem aurora dilexit et rapuit. a quo. usque ad cęsarem non ualde multum tempus est.. [1])

„Semper" vero per se ipsum legitur distincte:

f. 137ᵇ, A. VI, 713, cf. ed. nostrae vol. II, p. 98, 7–10:

semper Scien | dum non omnes animas ad corpora reuerti. enim Aliquę propter uitę merita | non redeunt. aliquę redeunt propter malam uitam. Aliquę propter fati | necessitatem.

Itaque s sola per se scripta est e. gr.:

f. 3ª, Praef. Ecl., cf. ed. nostrae vol. III, p. 3, 19. 20:

ſ Alii primam illam uolunt ut prima siracusio dignata est ludere uersu.

ib. Praef. Ecl., cf. ed. nostrae vol. III, p. 3, 24–26:

ſ po | ętę uitam in ęneide diximus. Operis explanatio in sequentibus comprobabitur.

f. 4ᵇ, E. I, 19, cf. ed. nostrae vol. III, p. 7, 25–27:

ſ Sed per longas ambages ad interrogata descendat | aut certe quia nullus qui continetur est sine ea re quae continet. Nec potest illa persona esse sine loco [2]).

Litterae l et s coniunctae sunt uno loco:

f. 2ᵇ, Praef. Ecl., cf. ed. nostrae vol. III, p. 3, 5–8:

ab ari | one centurione qui eum tenebat pene est
oontra l interemptus nisi se praecipitasset in minchium.
.ſ. Unde est allegoricos ipse aries etiam uellera siccat.

Altero q et s litterarum iuncturam habes, quam *quaere semper* valere libenter statuas:

[1]) Hoc loco l. m. ser. saec. XI–XII scripta est.
[2]) Eadem nota, sed formae maiusculae, ei quoque codicis parti, quae Bedae historiam Anglicam continet, multis locis adscripta est.

f. 5ª, E. I, 28, cf. ed. nostrae vol. III, p. 9, 4–6:

q ſ aut quendam accipiamus loquentem non uirgilium | per allegoriam. Nam ut diximus XXVIII annorum scripsit bocolica aut certe est mutanda distinctio.

Tribus vero locis litterarum q et l coniunctio extat, quam *quaere lege* significare respectis, quae modo exposuimus, iure dicas:

f. 6ᵇ, E. II, 23, cf. ed. nostrae vol. III, p. 21, 21–23:

q l Hoc uero laudabile est si quis | habeat lac nouum idest colustrum quod neū geñ (= neutri generis) est. Nam femī (= feminini vel femininum) esse pe | nitus non potest.

f. 7ª, E. II, 29, cf. ed. nostrae vol. III, p. 23, 5–9:

q Aut furcas quae figuntur ad | casę sustentationem quę dictę sunt cerui. ad similitudinem cornuum | ceruinorum.. I.
l Aut quod melius est. figere ceruos uenari et. Iaculari in | telligamus. Ut magis ad uoluptatem. eum. quam. ad laborem inuitare | uideatur

f. 8ª, E. II, 58, cf. ed. nostrae vol. III, p. 27, 2–5:

l Nam. ait.. Solus | montibus et siluis ∴ ratione non caret.
q Epicurei enim dicunt quod etiam cic | tractat. Geminam esse uoluptatem. UNAm. quę percipitur. Et | Alteram Imaginariam..

De q litterae significatione vide quae cap. 9 disserui.

Denique lectorem benevolum monemus, siglis exceptis ipsarum adnotationum in marginibus positarum partem maiorem a codicis librario demum additam esse neque vero nonnullas eiusmodi sententias a librario ex eo quem excerpebat fonte haustas esse negaverimus. Pauca tempore seriore adiecta.

II.

Glossarum Anglosaxonicarum contextum dilucidantium conspectus.

Anglosaxonica praeter voces *cormac* et *comgan*, de quibus in conventus philologorum Turicensis annalibus p. 253 et 254 dictum est, haec insuper passim vel marginibus adpicta vel inter lineas scripta invenimus.

f. 10ª, Serv. E. III, 20, cf. ed. nostrae vol. III, p. 33, 3: supra caricis scriptum tenī.

f. 31ᵇ, G. I, 58, cf. ed. nostrae vol. III, p. 148, 6. 7:

Nam licet sint multis remedio (sc. castorum testiculi) tamen praegnantes eorum odore abiiciunt | et egerunt partum — supra et egerunt partum scriptum togluasacth toglúaset chóbairt.

f. 34ᵃ, G. I, 166, cf. ed. nostrae vol. III, p. 171, 5:

mystica uannus iacchi idest cribrum areale — suprascr. criathur | atho.

f. 34ᵇ, G. I, 178, cf. ed. nostrae vol. III, p. 173, 13:

Area cum primum ęquanda | cylindro et uertenda manu — supra manu scriptum ł etum.

ib. G. I, 184, cf. ed. nostrae vol. III, 174, 16. 17:

bufo rana terrestris simię magnitudinis — in margine scriptum muc (vel mac) | salach.

f. 37ᵇ, G. I, 304, cf. ed. nostrae vol. III, p. 7: supra speras funium scriptum .i. lonan (vel loman) ecorse.

f. 42ᵇ, G. II, 69, cf. ed. nostrae vol. III, p. 224, 19: supra oculorum scriptum clu.

f. 91ᵇ, A. II, 778, cf. ed. nostrae vol. I, p. 328, 24. 25; 329, 1. 2:

ioh colggu solutio uersus — Uersus hic caret scansione. Unde multi et hinc multi ętas sillabam trahunt | Si tamen uis fide seruata scandere sit conuersio ut eueniunt nec te hinc comitem et potest scandi per sinalipham . aliter nec eccli | psin nec hiatum nec sinalipham recipit.

f. 94ᵇ, A. III, 90, 91, cf. ed. nostrae vol. I, p. 357, 4—12:

tur chel tach — Unde magica ars omnis | exclusa est sicut plinius in naturali histō dicit. Liminaque brē (brevis) .i. pro longa posita | quae hac ratione defenditur . aut quia omnia monosillaba ad artem non pertinent | et his licenter uti possumus aut certe quia omne morion idest particula | quae sui substantiam non habet membrum putatur superioris orationis quod si est li | minaque quasi una pars oratī (orationis) est et potest finalitatis ratione uel pro | duci uel corripi.

f. 104ᵃ, A. III, 571, cf. ed. nostrae vol. I, p. 439, 2. 3:

tractus campanię ubi sunt montes uesuuius et gaurus quod indicat aquarum odor calentium — supra gaurus scriptum sliab gargain.

f. 117ᵃ, in margine superiori supra INCIPIT liber . V. (Servii), cf. ed. nostrae vol. I, p. 587 scriptum:

brigit dŔ = Isel friart tailciud . frigargg . caith
a uuair . cachoín . dodgēna samlid bidreid
riam cach . namreid.

f. 133ᵇ, A. VI, 445, cf. ed. nostrae vol. II, p. 68, 1: supra focam scriptum .i. roñ.

f. 179ᵇ col. 1, Hor. Carm. III, 21, 10: sermonibus te negligit horridus — supra sermonibus legitur: cathasach.

f. 186ᵇ col. 1, Hor. Serm. I, 3, 14: concha satis pure — supra concha est: ruidgal.

Praeterea ad Scottos hi loci pertinent:

f. 104ᵇ, A. III, 607, cf. ed. nostrae vol. I, p. 443, 15—18:

de flexu genuum ut scotti facī — frontem ingenio unde uenerantes deum tangimus frontem | dextram fidei unde paulo post atque animum praesenti pignore firmat. Genua misericordię unde haec tangunt | rogantes.

f. 138ᵃ, A. VI, 724, cf. ed. nostrae vol. II, p. 100, 19. 20; 101, 1. 2:

cor̄ semper de scottis qui moriuntur in aliena regione — quod natura climatum facit sicut ptholomeus deprehendit qui dicit translatum | ad aliud clima hominem naturam ex parte mutare . de toto enim non potest quod in principio accepit sortem corporis sui.

f. 191ᵃ col. 1, Bedae hist. Britann.:

de scottorum fide — Romanis autem ad sua redeuntibus cognito hoc scotti pictique confestim britanniam redeunt . britanni a ciuitatibus fugiunt insequitur hostis accelerantur strages sicut enim agni a feris ita miseri ciues discerpuntur ab hostibus.

De Angelberga regina duobus locis agitur:

f. 99ᵃ, A. III, 297, cf. ed. nostrae vol. I, p. 394, 19—21:

de angel berga — consuetudinis regię fuit ut legitimam uxorem non habentes aliquam | licet captiuam tamen pro legitima haberent adeo ut liberi ex ipsa nati succe | derent.

f. 186ᵃ col. 2, ad Hor. Serm. I, 2, 123, 124:

candida rectaque sit munda actenus ut neque longa
Nec magis alba uelit quam dat natura uideri
angelberga regina.

Codicis scriptori Italiam cordi fuisse, haec probant, quae marginibus adscripsit f. 40ᵇ, G. I, 482: de laude heridani flumī; f. 43ᵇ, G. II, 136: de laude italię; f. 59ᵃ, A. I, 1: de situ italię; f. 68ᵇ, A. I, 243: de uenetia. Atque de Scottis in Italia degentibus revera agit Wattenbachius in libro praeclarissimo: „Deutschlands Geschichtsquellen" I, p. 109 et 290.

III.

De scriptorum nominibus libri marginibus adscriptis.

Ex scriptorum notorum numero haec nomina marginibus adscripta sunt [1]):

Donatus (dō vel doN̄ vel donatus), f. 7a, E. II, 31, cf. ed. nostrae vol. III, p. 24, 5: Pan ergo in plurali numero inuenitur ut dō et serḡ dicunt; f. 26a, E. IX, 54; f. 76b, A. I, 543; f. 89b, A. II, 610: dō lege; f. 109a, A. IV, 159, 161; f. 118b, A. V, 120; f. 126b, A. VI, 66; f. 137a, A. VI, 670; f. 154b col. 2, Augustini dial. p. 7, 14—15 ed. Crecel.: sed ut ipsa littera cum sit pars minima uocis articulatę abutimur tamen hoc uocabulo; f. 156a col. 2, Augustini dial. p. 11, 7. 8 ed. Crecel.: uel a parte totum et mucronis nomine quę summa pars gladii est gladium dicimus; f. 182b col. 2, Hor. A. P. v. 50: fingere cinctutis nos exaudita cethegis; f. 183a col. 2, A. P. v. 124: perfidus ixion io uaga tristis orestes, et v. 125: si quid inexpertum scęnę committis et audes.

Fulgentius (fulḡ vel fab vel fabius), f. 20a, E. VI, 73: fabii prologo; f. 133a, A. VI, 398.

Hadrianus (adr), f. 23a, E. VIII, 44, cf. ed. nostrae vol. III, p. 100, 1—3:

adr eplas — Aut ismarus aut rodope mon | tes sunt tracię asperrimi et perite uituperat ab origine.

Honoratus (cf. s. v. Sergius), f. 83b, A. II, 69: honoratum lege; f. 127b, A. VI, 107; f. 183a col. 1, Hor. A. P. v. 64 s. Ubique de palus vocabuli quantitate agitur.

Isidorus (esī), f. 48b, G. III, 24: lege ethimologiarum esī; f. 94a, A, III, 73; f. 123a, A. V, 705.

Martianus Capella (maꝛ capella, felix capella), f. 62a, A. I, 52: lege martianum; f. 140a, A. VI, 776: martianus in philologia; f. 174a col. 1, Hor. Carm. I, 25, 14 s.: quae solet matres et furiare equorum | seuiet circa iecur ulcerosum; f. 178b col. 2, Hor. Carm. III, 7 titulo ad asterien adscriptum: dial de nuptiis filologię; f. 178b col. 3, Hor. Carm. III, 9, 10: dulcis docta modos et citharę sciens.

Priscianus (ps), f. 5b, E. II, 11; f. 80b, A. I, 713; f. 83b, A. II, 63; f. 85b, A. II, 197; f. 86a, A. II, 199; f. 91b, A. II, 786; f. 93a, A. III, 54; f. 99b, A. III, 326; f. 141b, A. VI, 842; f. 172a col. 2, Hor. Epod. 13, 1: niuesque deducunt iouem nunc mare nunc silue; f. 175a col. 1, Carm. I, 21, 7: Nigris aut erimanthy; f. 176b col. 2, Carm. II, 8, 19: impie tectum dominę relinqunt sępe minati; f. 177b col. 3, Carm. II, 19, 16: thracis et exitum lycurgi; f. 178a col. 3, Carm. III, 4, 23: praeneste seu tibur supinum; f. 181a col. 1, Carm. IV, 9, 20. 21: Idomeneus sthenelusque solus | dicenda musis praelia non ferox (d. ps̄); f. 181a col. 3, Epod. I, 33: quod aut auarus ut chremes terra premam.

Sergius (serḡ), f. 7a, E. II, 31: Pan ergo in plurali numero inuenitur ut dō et serḡ dicunt; f. 11b, E. III, 53.

Uirgilius (uiꝛ vel uirḡ), f. 172a col. 1, Hor. Epod. X, 23: libidinosus immolabitur caper | et agna tempestatibus; f. 182a col. 2, Epod. XII, 8: Cum mihi cocus adesset amyntas; f. 183b col. 2, A. P. v. 239: an custos famulusque dei silenus alumni; f. 185a col. 2, Serm. I, 1, 68: tantalus a labris sitiens fugientia captat; f. 187b col. 1, Ovid. Met. I, 106: et quae deciderant patula iouis arbore glandes.

IV.

Alia nomina propria codicis marginibus adspersa.

1. Adentius episcopus.

f. 76b, A. I, 535, cf. ed. nostrae vol. I, p. 164, 9—22:

quaestio aden tii epī — Oenorio rex cum liberos non haberet a ioue neptuno | et mercurio quos hospites susceperat hortantibus petit ut sibi concederent | filios illi intra corium immolatis ibi bouis urina facta praecepe- runt ut | obrutum terrę completis maternis mensibus solueret quo facto inuentus est | puer cui no.

[1]) Ea nomina, quae scriptor ex ipso textu repetiit, non curamus.

men ab urina impositum est ut *ΟΥΡΙΩΝ* diceretur quod dorica | lingua commotatum est *ΟΥ* diptongos in *ΙΩ* uerteretur quod autem prima syllaba breuis ¦ inuenitur ut hoc loco cum sit naturaliter longa graecę rationis est. nam de ¦ tractio fit *Υ* litterę et o brē remanet et hoc quod aut *Ω* est naturaliter ¦ longa aut *ΟΥ* diptoñ. ceterum si sit in proprio nomine dicronos ut omnes la | tinę sunt propriorum nominum abutemur licentiā ā ut in artibus lectum est.

Quae Adentii quaestio utrum ad mirabilem Orionis genituram pertinuerit an ad grammaticam nominis explicationem a Servio propositam, difficile est diiudicatu. Illud tamen nobis magis adridet, quippe cui episcopi epitheton forte divinam Christi conceptionem hoc exemplo interpretantis optime congruat.

2. Agano episcopus.

f. 87^b, A. II, 371, 373, cf. ed. nostrae vol. I, p. 280, 1–4:

agano eps Androgeos ¦ et graeca est et attica declinatio unde est in foribus loetum androgeo. facit o | *ΑΝΔΡΟΓΕΟϹ. ΤΟΥ. ΑΝΔΡΟΓΕΑ°* uiri increpantis est.

Praeterea Aganonis mentio fit omisso episcopi epitheto locis quinque his:

f. 33^b, G. I, 147, cf. ed. nostrae vol. III, p. 167, 2–5:

agano Superfluo enim quaestionem mouent commen | tarii dicentes osirim uel treptolemum inuenisse. Nam aliud est unam rem in | uenire et aliud omnem agriculturam docere quod fecit ceres.

f. 95^a, A. III, 108 fin., cf. ed. nostrae vol. I, p. 361, 22–362, 3:

aga no Rhoeteas. amat uirgilius declinationes graecas | salua regulę reuerentia in latinas conuertere. ei graecam dipt̄ (diphthongon) in e long̃ (longam) | ut *ΑΙΝΕΙΑϹ* aeneas *ΜΕΔΕΙΑ* medea *ΡΟΙΤΕ*ᵢ*ΟΝ* rhoeteum.

f. 103^a, A. III, 493, cf. ed. nostrae vol. I, p. 427, 27–428, 2:

aga no Illud quaeritur utrum uiue an | uiuas idest utrum per imperatiuum añ (an) per optatiuum dicere debeamus et constat di | ci melius per optatiuum. Optari enim possunt non imperari uel aduersa uel prospera. Quod | autem inuenimus per imperatiuum usurpatum est.

f. 147^a col. 2, Chir. Fortunat. rhet. p. 99, 21–23 ed. Halm.:

aga no inten tio per discretum | et indiscretum ut meritrices | habent ancillas quaestio est quae debeant | publicari idest decipi utrum meri | trices an ancillę earum an utręque.

f. 152^b col. 2, Chir. Fortunat. rhet. p. 127, 18–21 ed. Halm.:

sed aga no Ne monosyllaba | plura iungantur ne breuia multa | continentur (*sic*) ne longa multa ne ul | tima syllaba prioris uerbi eadem sit quae | prima posterioris. Ne prima et ul | tima efficiant obscenitatem.

Vides exceptis locis duobus (f. 33^b et 147^a) reliquis omnibus de rebus ad artem grammaticam pertinentibus agi atque adeo de eodem fere vocabulorum Graecorum Latine versorum argumento duobus locis f. 87^b et f. 95^a. His addo, quod 171^b col. 1 ad Hor. Epod. II, 1 s. legitur:

ag̃ beatus ille qui procul negotiis
ut prisca gens mortalium.

3. Cato.

f. 43^a, G. II, 86, cf. ed. nostrae vol. III, p. 226, 2–6:

cato Amara pausia oli | ua a pauendo dicta idest tundendo. Aliter enim ex se oleum non facit. Amara | autem uacua uiridi. Nam de pausia uiride oleum fit unde contra dicitur dulce non uiride.

f. 58^b, Praef. Aen. fin., cf. ed. nostrae vol. I, p. 4, 16–19.

cato Ordo quoque manifestus est licet quidam | superflue dicant secundum primum esse tertium secundum et primum tertium ideo quia primo ilium. | concidit postea errauit ęneas inde ad didonis regna peruenit.

f. 83^a, A. II, 27, cf. ed. nostrae vol. I, p. 220, 4–10:

cato cor uers; Dorica castra cacosinthethon est idest mala composi | tio ab ea syllaba incipere qua finitus est sermo. Nam plerumque et ea | cenfaton facit ut hoc loco. Dorus neptuni filius fuit | unde dori originem dicunt. Tendebat tentoria habebat ut | latis tendebat in aruis. [1])

f. 96^b A. III, 183, cf. ed. nostrae vol. I, p. 376, 11–13:

---

[1]) Vox *uersus* margini adscripta ultima scholii verba *latis tendebat in aruis* tangere videtur (Aen. VIII, 605).

cato Casus casan | dra canebat haec compositio iam uitiosa est quae maioribus placuit | ut sale saxa sonabant.

f. 134b, A. VI, 492, 493, cf. ed. nostrae vol. II, p. 73, 8—12:

cato Ceu quondam petiere rates. Ostendit uitia nec morte finiri. Frustratur decipit | amantes cupientes nec nos moueat quod aliis umbris uerba datis silentium timore enim exprimit qui | uiuis quoque adimit uocem.

f. 150a col. 1, Chir. Fortunat. rhet. p. 112, 5—7 ed. Halm.:

cato Species narrationis octo sunt | prima diegesis quae narratio est principalis | et ante diegesis cum aduersarii afferimus | narrationem conuerso genere sicuti dixi est.

Aliter se res habet f. 141b, A. VI, 84, cf. ed. nostrae vol. II, p. 118, 8—11, ubi de Catone in scholio ipso agitur ita, ut Catonis nomen margini adpositum ad scholii argumentum pertineat. Sunt autem haec:

[c]ato Magne. cato | censorium dicit. qui scripsit historias multas etiam belli confecit. Nam uticensem praesente | augusto contra quem pater eius. et dimicauit et antiquitationes scripsit laudare non | poterat.

4. Dodo.

Praescriptum Dodonis nomen plerumque philosophica argumenta resque naturales tangit. Fortasse est Dodo Dalersiae abbas c. a. 750 mortuus, cuius vitam edidit Buckius a. 1866, cf. Kruschium apud Wattenbachium font. Germ. hist. medii aevi ed. V a. 1885, p. 420.

f. 3a, Praef. Ecl., cf. ed. nostrae vol. III, p. 3, 30—4, 1:

dodo pastor uirg Primo enim | Pastoralis fuit in montibus uita. Post agriculturae amor. INde bellorum | cura successit.

f. 53a, G. III, 532, cf. ed. nostrae vol. III, p. 318, 4. 5:

dodo Ex quo probatum est nihil esse morte praestantius | quod erodotus apud graecos plenissime commemorat in prima historia. item | iacobi episcopi de bono mortis libri duo [1]. Si granum fru | menti item de morte peccati ut ero mors tua mors | morsus tuus.

f. 53b, G. IV, 51, cf. ed. nostrae vol. III, p. 324, 21. 22:

dodo Et trahit in argumentum aquam putealem quę ęstate frigidissima est hie | me uero calidissima.

f. 54a, G. IV, 87, cf. ed. nostrae vol. III, p. 326, 18. 19:

dodo iactu pulueris exigui quia cum puluerem uiderint sperant tempestatem futuram | quae eis plurimum nocet.

f. 55b, G. IV, 225, cf. ed. nostrae vol. III, p. 337, 27—338, 3:

contra ggm ioh herē dodo Nec esse locum morti idest perditioni. Nihil enim quod perire funditus possidet cum sit.. *TOI* | *TAN* idest omne in quod redeunt uniuersa resoluta. Res autem quae mors uocatur non est mors | quę nihil perire facit. Sed resolutio. Unde mire a plerisque interitus | dicta est quasi interueniens et mixtarum rerum conexionem resoluens. Conti | nuo hoc mors est illius quod fuit ante.

f. 70a, A. I, 278, cf. ed. nostrae vol. I, p. 103, 23—25:

dodo Nec metas rerum nec tempora pro metas ad terras re | tulit tempora ad annos. liuinjo enim et albę finem instituit. Romanis tribuit ęternitatem.

f. 71a, A. I, 304, 305 fin., cf. ed. nostrae vol. I, p. 111, 15; 112, 16:

dodo in teucros | pro teucris ut diximus per noctem decet enim pro cunctis regem esse sollicitum.

f. 71a, A. I, 306, cf. ed. nostrae vol. I, p. 112, 20:

dodo Nam phisici dicunt omnia per diem crescere.

f. 74b, A. I, 444, cf. ed. nostrae vol. I, p. 145, 12—15:

dodo Regia iuno ut diximus tangit historiam. Mons | trat autem est monstro dederat. facilem uictu propter bouem.

f. 78b, A. I, 642, cf. ed. nostrae vol. I, p. 185, 22—24:

sed dodo Nam omnes in illis partibus solem colunt qui ipsorum [1] lingua el dicitur | unde et elios. ergo addita digammos et in fine facta diriuatione | a sole regi nomen imposuit.

f. 79b, A. I, 663, cf. ed. nostrae vol. I, p. 190, 19—21:

dodo de amore instabili Alatus autem ideo est [2] quia nihil amantibus leuius nihil mutabilius inuenitur ut probatur | in didone. Nam de interitu cogitat.

f. 80a, A. I, 698, cf. ed. nostrae vol. I, p. 196, 5. 6:

---

[1] Cf. infra cap. 13 s. v. *Iacobus episcopus*.

[1] Sc. Assyriorum.

[2] Cupido scilicet.

dodo Sponda antiqui stipadia non habebant sed stra | tis tribus lectis epulabantur unde et triclinium sterni dicitur.

f. 93b, A. III, 63, cf. ed. nostrae vol. I, p. 347, 16:

do do quidam manes deos in | fernos tradunt.

f. 95b, A. III, 113, cf. ed. nostrae vol. I, p. 363, 13—19:

sed Unde irata dea in leones eos conuersos suo currui subiugauit et | praecepit ne secum umquam leones dodo coirent. Nam et plinius dicit leonem cum | pardalide et pardum cum leęna concumbere. Ideo autem ma- mysti ter deum curru ue | hi dicitur quia ipsa est terra quę ca fig pendet in aere ideo sustinetur rotis quia et mun | dus rotatur et uolubilis est.

5. Dungal.

f. 54a, G, IV, 91, cf. ed. nostrae vol. III, p. 326, 32—327, 2:

dun gal Squalentibus. splendentibus quod. á. squamis venit ut a squamis auroque trilicem. | Nam. á squalore sordidum significat. ut Squalentem barbam.

De Dungalo Scotto, qui saeculi noni initio Paviae floruit, cf. Wattenbachii font. Germ. hist. medii aevi ed. V, p. 145, 149, 253, 2.

6. Fergus.

Fergi nomen tribus locis diserte legitur; aliis tribus non nisi fer̄ praescriptum est, quam notam si eodem redire statuamus, haud videmur audacius iudicasse, praesertim cum inter se conferas quae f. 142b et f. 49a apud Servium de litotetis figura dicuntur.

f. 24b, Ecl. IX, 7. 9. 10, cf. ed. nostrae vol. III, p. 109, 27; 110, 12—14:

fer gus Subducere colles ex alto in | campos dissolui. Usque ad aquam minchii fluminis scilicet | Omnia quae dixit intelligamus aut uirgilii tantum agrum aut totius mantuę | esse descriptum.

f. 84a, A. II, 81, cf. ed. nostrae vol. I, p. 231, 4—8:

fer gus profectus palamedes infinita frumenta deuexit qua inuidia ulixes auctis | inimicitiis fictam epistolam priami nomine ad palamedem per quam agebat gratias proditi | onis et commemorabat secretum auri pondus esse transmissum dedit captiuo et eum in | itinere fecit occidi.

f. 142b, A. VII, 9, cf. ed. nostrae vol. II, p. 125, 12—14:

fer gus Luna | negat. Litotes nam dicit large praestat ut munera nec | sperno hoc est libenter accipio. Tremulo sub lumine. Ita enim mobilitas aquę | facit uideri.

f. 49a, G. III, 56, 58, 60, cf. ed. nostrae vol. III, p. 281, 1. 2. 5—7:

sed Litotes figura idest ualde placeat ut munera non sper- idest fer̄ no | hoc est libenter accipio. Faciem tauro propior imaginem totam. Lucinam | iustosque pati ymineos. ysteroproteron. ante enim est. ymenaeus postea | lucina consequitur.

f. 127a, A. VI, 80, cf. ed. nostrae vol. II, p. 19, 15—18:

fer̄ fingit componit ut corpora fingere lingua | Componit autem ad moderationem certam dicendi. somnia quidem uident | sed non omnia indicant sacerdotes.

His accedit locus in Augustini rhetorica p. 146, 21—23 Halm., f. 164a col. 2 scriptus:

sed fer̄ Cur nocte in me cur tu autem | in me incidisti. Nihil est quo distingatur | et idcirco utrius eorum sum accusat al | terum sum criminatus sum se purgat de | fendit cum quem criminari uidetur.

7. Giso.

Duobus locis Gisonis mentio fit, quorum alter ita se habet, ut Scottum eum fuisse pateat.

f. 187b in superiori paginae margine:

magistus dixit gisoni manduca arbuta

quae ad Ovidii Met. I, 104 spectant:

Arbuteos fetus montanaque fraga legebant

qui versus in eadem pagina f. 187b col. 1 legitur. De ioco monachali agi videtur.

f. 190 col. 2, Bedae hist. Britann.:

T Γiso Γiso giso Nec uinearum | expers piscium uolucrumque sunt et cer | uorum capearumque uenatui insignis. | Est autem proprie patria scottorum est | est autem sinus maris permaximus.

8. Goddiscalcus.

Duobus Goddiscalcus locis nominatur, uno plenis litteris, altero in god̄ notam decurtatus, quam revera ad eundem pertinere inde evinci videtur, quod de simili

argumento utrobique agitur, nempe de actionum humanarum qualitate.

f. 61^{b}, A. 1, 39, cf. ed. nostrae vol. I, p. 27, 22—28, 3:

contra god discalč — hoc ergo est omnis res hominum | aut ex nostra uoluntate descendit ut pote sedere surgere | aut ex ficti [1]) necessitate ut pote nasci mori aut ex | deorum uoluntate ut nauigare uel honoribus frui.

f. 63^{a}, A. I, 74, cf. ed. nostrae vol. I, p. 42, 6. 7:

god — et alterum | pendet ex altero meritum enim non nisi ex praestantis beneficio descendit.

Praeterea hoc nomen f. 12^{a} pennae probationis quae dicitur vice fungitur ita:

Probatio penne Godescalc.

Sed haec vocabula manu posteriori undecimi fere saeculi scripta sunt, illa vero, quae supra posui, noni vestigia produnt.

Neque vero dubitari posse videtur, quin Goddiscalcus iste idem sit, qui medio fere saeculo nono (a. 847—868) geminam quandam praedestinationem professus est, qua de re cf. Kurtzii hist. eccles. enchir. tom. I, p. 2, p. 86 s.

9. Gregorius.

f. 55^{b}, G. IV, 226, cf. ed. nostrae vol. III, p. 337, 27—338, 3:

contra ggm — Nec esse locum morti idest perditioni. Nihil enim quod perire funditus possidet [2]) cum sit. *TOI* | *TAN* [3]) idest omne in quod redeunt universa resoluta. Res autem quae mors uocatur non est mors | quę nihil perire facit. Sed resolutio. Unde mire a plerisque interitus | dicta est quasi interueniens et mixtarum rerum conexionem resoluens. Conti | nuo hoc mors est illius quod fuit ante.

Videtur autem Gregorius contendisse, morti perditionem universam inesse, cf. infra cap. 15 s. v. Iohannes.

10. Herem.

Cf. infra cap. 15 s. v. Iohannes ad f. 55^{b}.

[1]) *Leg.* fati.

[2]) *Leg.* possit.

[3]) *Pro τὸ πᾶν.*

11. Herminfrid vel Ermenfridus.

Herminfridi non nisi in ea libri parte mentio fit, qua Bedae historia Britannica continetur:

f. 192^{b} col. 2, ubi de Augustini episcopi Canturiariorum ecclesiae interrogatione ad Papam Gregorium de episcopis, qualiter cum suis conversentur clericis, agitur:

herminf rid — Interrogatio augustini si praegnans muli | er debet baptizari. aut postquam genuerit post | quantum tempus possit ecclesiam intrare.

f. 193^{a} col. 1:

herm infrid — Nam hora eadem qua genuerit | actura gratias intrat ecclesiam Nullo pecca | to pondere grauatur.

ib.:

hermin gfrid — No | uimus enim quod mulier quę fluxum sanginis (u superscr.) patie | batur post tergum domini humiliter ueniens uestimenti | et fimbrium tetigit atque ab ea statim sua infir | mitas recessit [1]).

ib.:

ermen frid — Non enim de | adulterio uel fornicatione sed de legiti | mo coniugio natus est dauid qui dixit. Ecce enim | in iniquitatibus conceptus sum. [2])

Ubique de simili materia sermo est.

12. Higmarus.

Cf. s. v. Uago. De Hincmari episcopi Remensis, qui a. IϽCCCLXXXII mortuus est, vita atque scriptis vide quae Wattenbachius habet in libro praeclarissimo, quo de rerum Germanicarum fontibus historicis agit, ed. V, p. 277 s.

13. Iacobus episcopus.

Servianis f. 53^{a}, G. III, 532, cf. ed. nostrae vol. III, p. 318, 4. 5, adiuncta sunt nonnulla Iacobi episcopi non ut cetera margini aspersa sed ipsis textus verbis inserta, hunc in modum:

dodo — Ex quo probatum est nihil esse morte praestantius | quod erodotus apud graecos commemorat in prima

[1]) Cf. Marc. 5, 25—34.

[2]) Cf. Psalm. 51, 7.

historia . item | iacobi episcopi de bono mortis libri duo . Si granum fru | menti item de morte peccati ut ero mors tua mors | morsus tuus.

Cf. supra cap. 4 s. v. Dodo.

14. Ingo.

Cf. s. v. Siluaticus grammaticus.

15. Iohannes.

f. 55b, G. IV, 223, 225, cf. ed. nostrae vol. III, p. 337, 24—338, 3:

ioh contra ggm — Scilicet huc reddi . sine dubi etiam cuncta dissoluit et redire rursus in originem | suam . . Nec esse locum morti . idest . perditioni . . Nihil enim quod perire funditus possidet cum sit . *TOI* | *TAN* idest omne in quod redeunt . uniuersa resoluta . . Res autem quae

ioh herē dodo — mors uocatur. Non est mors | quę nihil . perire facit . . Sed resolutio . . Unde mire á plerisque interitus | dicta est . quasi interueniens et mixtarum rerum conexionem resoluens. Conti | nuo . hoc . mors est illius quod fuit ante. [1]

f. 56b, G. IV, 335, cf. ed. nostrae vol. III, p. 345, 27. 28:

ioh — Yalino idest uitreo uiridi nimfis | apto

f. 62a, A. I, 51, cf. ed. nostrae vol. I, p. 33, 8. 9:

ioh — Nimbi . nunc . uentos significant plerumque nubes et pluuias ergo prout locus fuerit intelligendum est.

f. 67b, A. I, 215, cf. ed. nostrae vol. I, p. 83, 8 et adnot.:

ioh — et impleor illa re ut hoc loco et alibi plenamque sagittis theiciis et plena | ipso ab inuenitur.

f. 87a, A. II, 332, cf. ed. nostrae vol. I, p. 275, 9. 10. 12. 13:

ioh — Angusta uiarum uicos et est ut | strata uiarum.

q — Ferri acies bene addidit ferri quia sinonimum est.

f. 88a, A. II, 415, cf. ed. nostrae vol. I, p. 285, 8. 9:

ioh — gemini atridę duo quod habet excusationem quod fratres sunt propter similitudinem | Nam numeri esse non potest.

ib. A. II, 417, cf. ed. nostrae vol. I, p. 285, 14—18:

ioh — Nota quod eous e naturaliter sit longum metri necessitate correptum est | propter sequentem uocalem. Rarum autem est nam nec proprium nomen ut diana nec sermo composi | tus ut praeustis.

[1] Cf. supra cap. 9 s. v. *Gregorius*.

f. 90a, A. II, 615, cf. ed. nostrae vol. I, p. 309, 20—24:

ioh — Tritonia pallas | Notandum duo antenomasia sine proprio et est nimię iracundię cum dicitur quamquam irata sit graecis | nequaquam tamen troianis parcere licet in historia legitur uehimentius iratam mineruam quod ei post | uictoriam sacrificare noluerint.

f. 97b, A. III, 241, cf. ed. nostrae vol. I, p. 384, 15. 16:

ioh — Nec immerito. Nam secundum mileseum taletem omnia ex humo | re procreantur.

f. 98b, A. III, 284, cf. ed. nostrae vol. I, p. 391, 24—27:

ioh ada — antiqui tempora sideribus computabant et dixerunt primo | lunarem annum XXX dierum unde inuenitur nongentorum annorum uita in aliqui | bus scilicet lunarium.

f. 99a, A. III, 305, cf. ed. nostrae vol. I, p. 395, 29; 396, 5:

ioh — Superi uero impari . gaudent | numero . . Deus (Deus *linea inductum*) Numero deus impare gaudet . . Monstris rebus insperatis . .

f. 109b, A. IV, 198, cf. ed. nostrae vol. I, p. 498, 26; 499, 1—3:

ioh — rapta | stuprata ut et rapti ganimedis . garamantiden proprium potest esse et | gentile. Nam garamantes sunt populi iuxta lybiam.

f. 109b, A. IV, 207, cf. ed. nostrae vol. I, p. 501, 12—14:

ioh — Leneum bacchicum . nam liber leneus dicitur quia loculis praeest quę | graece *ΛΕΝΑΙ* dicuntur nam cum sit graecum amentis delenimentum non potest acci | pi.

f. 110b, A. IV, 276, cf. ed. nostrae vol. I, p. 515, 11. 12:

ioh — Cyllenius antenomasiuum est prior.

f. 113b, A. IV, 486, cf. ed. nostrae vol. I, p. 553, 8—10:

ioh — Soporiferumque papauer. Incongrue | uide positum ut soporiferas (*corr.* —rae) species peruigili dentur dra | coni sed dicimus uariam uim praebere uictum diuersis animalibus.

f. 114b, A. IV, 543, cf. ed. nostrae vol. I, p. 561, 10—13:

ioh — Ouantes lętantes abusiue. Nam propric | ouatio est

q — minor triumphus qui enim ouationem meretur et uno equo utitur et a ple | beis uel ab equitibus romanis deducitur ad capitolium et de ouibus sacrificat.

f. 116a, A. IV, 654, cf. ed. nostrae vol. I, p. 577, 10—15:

ioh — Nam tribus constamus ania (m) quae superna est et (in) originem suam | petit. Corpore quod terram de-

ficit umbra. ergo umbra si ex corpore | creatur sine dubio perit cum eo nec est quicquam relictum de homine quod inferos | petat sed deprehenderunt esse quoddam simulacrum quod ad nostri corporis effigiem | fictum inferos petit.

f. 117ª, A. V, 19, cf. ed. nostrae vol. I, p. 591, 8—12:

ad mane autem propter tetraptoton non dixit cum enim in alienum ius trans | eunt hę partes non suis sed earum ad quas transierint utuntur potestatibus | ioh dum taxat idest tantummodo in declinatione. nam q temporum rationem suam | reseruant ut hoc loco.

f. 118ª, A. V, 69, cf. ed. nostrae vol. I, p. 599, 10—13:

Caestus autem per diptongon | pugilum arma significat idest gladiatorum habet etiam plū num̄ et est IIII ioh formę. Nam cestus est numeri tantum singularis sine diptongo.

ib. A. V, 78, cf. ed. nostrae vol. I, p. 601, 6—8:

ioh et notandum quia partim quasi mortuo pari | numero q sacrificat partim impari quasi deo ut cędit binas de more bidentes. Nam | legimus numero deus impare gaudet.

f. 118ᵇ, A. V, 95, cf. ed. nostrae vol. I, p. 604, 5—8:

ioh famulum. fuit enim haec maiorum consuetudo sicut q hodieque apud indos est ut quoties reges mo | riebantur cum his dilecti equi uel serui et una de uxoribus carior incenderentur inter quas de | hoc ipso erat magna contentio.

ib. A. V, 114, cf. ed. nostrae vol. I, p. 606, 6—8:

ioh Prima certamina. Punico bello primum naumachiam | ad exercitum instituere romani coeperunt postquam probarunt. gentes etiam nauali | certamine plurimum posse.

f. 119ª, A. V, 199, cf. ed. nostrae vol. I, p. 613, 9—11:

Unicuique rei quod subiacet solum est ei cui subioh iacet. Unde | nauis solum mare et aer auium et est uerbum cuius perlucida significatio non inuenitur.

f. 120ᵇ, A. V, 421, cf. ed. nostrae vol. I, p. 626, 17. 18:

ioh Duplicem amictum idest abollam quae duplex est sicut clamis.

f. 121ª, A. V, 480, cf. ed. nostrae vol. I, p. 628, 16. 17. 20. 21:

ioh Effracto illi sit in ossa | ypalage fregit ossa et illi sit in cerebr̄. Humi bos pessi | mus uersus in monossyllabum desinens.

f. 122ª, A. V, 560, cf. ed. nostrae vol. I, p. 634, 14—16

ioh ergo in III partes diuisus erat populus adeo ut etiam | q qui uni praeerat parti tribunus diceretur unde etiam sumptus dati populi | tributa nominantur.

f. 123ᵇ, A. V, 738, cf. ed. nostrae vol. I, p. 645, 16—18:

ioh Dies est plenus qui habet horas XXIIII. Nam et nox pars diei est. dicimus autem diem a parte meliore unde et usus est ut sine commemoratione noctis numerum di | camus dierum.

ib. A. V, 738, cf. ed. nostrae vol. I, p. 645, 21—26:

ioh Medios cursus Nox | torquet et me sęuus equis oriens afflauit anhelis. Haec autem plene exse | quuntur et cic̄ in originalibus et aulus gellius in libris noctium atticorum (*sic*) Hoc | etiam illa res iuris indicat quod cum tribunum plebi abnoctare ab urbe non liceret licebat tamen exire post noctem mediam et ante mediam reuerti.

f. 124ª, A. V, 760, cf. ed. nostrae vol. I, p. 647, 19—22:

ioh Sacerdos alii ad tumulum alii uerso ordine ad templum referunt ut lucus | tantum tumulo detur anchisę. Nemora enim aptabant sepulchris.

ib. A. V, 783, cf. ed. nostrae vol. I, p. 648, 14—16

q Nec longa dies idest | tempus de quo libet melius ioh feminino genere dicamus de certo autem die masculino | tantum utendum est.

f. 128ª, A. VI, 127, cf. ed. nostrae vol. II, p. 27, 11—15:

ioh Homines in fata concedunt et hoc poetice. Nam de in lucretius ex maiore par | te et alii integre docent ferno inferorum regna nec esse quidem posse. Nam | locum ipsorum quem possumus dicere cum sub terris esse dicantur antipodes in | media uero terra eos esse nec soliditas patitur nec centron terrae.

ib. A. VI, 127, cf. ed. nostrae vol. II, p. 28, 5—9:

aut secundum altam scientiam philosophorum qui deprehenderunt bene uiuentium animas | ad superioioh res circulos idest ad originem suam redire quod dat lucanus pom | peio ut uidit quanta sub nocte iacere nostra dies.

f. 128ᵇ, A. VI, 134, cf. ed. nostrae vol. II, p. 29, 20—30, 1:

ioh Ratio autem haec est styx męrorem significat unde *ΑΠΟ ΤΟΥ Γ̇ ΣΤΕ | ΓΕΡΟΥ* idest a tristitia styx dicta est.

ib. A. VI, 136, cf. ed. nostrae vol. II, p. 30, 26—31, 2:

Nouimus pithagoram samium uitam humanam diuisisse in modum | y litterę. Scilicet quod prima ętas incerta fit quippe quae adhuc | se nec uitiis nec uirtutibus dedit. biuium autem y litterę | a iuuentute incipere.
(ioh, ꝗ)

f. 130ᵇ, A. VI, 250, cf. ed. nostrae vol. II, p. 44, 18—20:

ioh, ꝗ — magnęque sorori idest terrę. Nam nihil aliud est nox nisi umbra ter | rarum.

ib. A. VI, 264, cf. ed. nostrae vol. II, p. 45, 25—46, 7:

ioh, ꝗ — de quibus imperium est animarum. plenus | locus alta sapientia de qua uarie disserunt philosophi. Nam dicunt | per altos (*sic*) animas ad inferos adduci per alios transferri per alios pur | gari. Ex maiore autem parte sironem idest magistrum suum epicu | reum sequitur.

ib. A. VI, 264, cf. ed. nostrae vol. II, p. 46, 8—11:

ioh — Umbręque silentis. Secreta inferorum semper si | lentia. Nam hominum umbrę loquntur (u *suprascr.*). Hinc est quae sacra silen | tia norunt. Inuocat autem summum bonum quod in silentio constare mani | festum est.

ib. A. VI, 265, cf. ed. nostrae vol. II, p. 46, 13—17:

ioh — per flegetonta | inferorum fluuium ignem significat. Nam phlox ignis est | unde secundum eraditum (*sic*) cuncta procreantur. Et re uera sine calore nihil nascitur | adeo de septentrione dicit sterili non quicquam frigore gignit.

f. 131ᵃ, A. VI, 295, cf. ed. nostrae vol. II, p. 53, 7—10:

ioh, alleḡ — et haec est | ethimologia ut physologia habet quia qui caret gaudio sine dubio tris | tis est. tristia (*sic*) autem uicina luctui est qui procreatur ex morte.

f. 131ᵇ, A. VI, 299, cf. ed. nostrae vol. II, p. 53, 15. 16:

ioh — Charon *KATA* antiphrasin quasi acheron idest sine gaudio | *XAPH* enim graece gaudium latine dicitur.

ib. A. VI, 309, cf. ed. nostrae vol. II, p. 54, 18—21:

ioh — plinius dicit folia au | tumnali tempore ideo cadunt quia omnis tunc humor ęstatis calore in | uenitur ehaustus (*sic*) non quia sicari incipiunt sed quia tunc eis deest humor.

f. 132ᵇ, A. VI, 392, cf. ed. nostrae vol. II, p. 62, 1—4:

ioh, q — Sane alciden uolunt | quidam *AΠO THC AΛKAHC* idest a uirtute dictum quod non procedit quia prima | ętate hoc nomen habuit ab alceo patre amphythrionis et | scimus agnomina ab accedentibus dari.

f. 134ᵃ, A. VI, 477, cf. ed. nostrae vol. II, p. 72, 4—9:

ioh, q, rex — Nam inferi supra humanam continent uitam | hoc est animam in corpore constitutam. licet enim in uiris fortibus laudetur uirtus | est tamen uituperabile alterum' imperium cędibus occupare. Item amare pri | uignum crimen est uirtus uero amare maritum.

f. 134ᵇ, A. VI, 512, 514, cf. ed. nostrae vol. II, p. 74, 14. 15. 17—19:

ioh, ꝗ — monumenta ab eo quod mentem moneat | Egerimus ri metri necessitate corripuit. Meminisse necesse est ciceronis est | cui placet obliuiscitur cui dolet meminit. ergo quia dolet necesse est.

f. 136ᵃ, A. VI, 618, cf. ed. nostrae vol. II, p. 87, 14—17:

ioh, epla — Theseum omnes flegias admonentem debemus accipere. hi secundum euforionem populi | insulę fuerunt satis in deos impii et sacrilegi. Unde iratus neptunus *suprascr.*: mare) percussit tridenti | partem insulę quam flegię tenebant et omnes obruit.

f. 136ᵇ, A. VI, 657, cf. ed. nostrae vol. II, p. 91, 15—17:

ioh, q — Paeana proprie apollinis laudes quod nunc intelligimus per plū. Nemus abusiue om | nium deorum sunt orgia liberi.

f. 137ᵇ, A. VI, 703, cf. ed. nostrae vol. II, p. 97, 4—8:

ioh, q — Quid est | debere cuncta animalia. adeo originem ducunt quae quia nasci cernimus | reuertuntur sine si (*sic*) dubio. Nam unde cuncta procreantur deinde posse sic probat quia immor | talis est ut anima et sunt quae possunt reuerti.

ib. A. VI, 705, cf. ed. nostrae vol. II, p. 97, 23. 24:

ioh — ergo le | theus est obliuio morti semper uicina unde dicitur perit pars | maxima nostri.

ib. A. VI, 714, cf. ed. nostrae vol. II, p. 98, 11—13:

ioh — Lethei ad fluminis undam. si anima ęterna est aut | summi spiritus pars qua ratione in corpore non totum uidet nec est tantę | prudentię tantęque uiuacitatis ut omnia possit agnoscere.

f. 138ᵃ, A. VI, 724, cf. ed. nostrae vol. II, p. 100, 18—20:

ioh, q — Inde af | ros uersipelles graecos leues gallos pigriores uidemus ingeni | quod natura climatum facit.

ib. A. VI, 724, cf. ed. nostrae vol. II, p. 101, 8.9:

ioh, q — Ita animus non transit in uitia corporis sed eius | coniunctione impeditus non exercet uim suam.

f. 138ᵇ, A. VI, 732, cf. ed. nostrae vol. II, p. 103, 6—9:

ioh moribundaque membra mo | rienti similia. hoc est semper morientia. Nunquam enim in eodem statu sunt sed aut minuuntur aut | crescunt. ergo animus idem est sed uti uiribus suis non potest propter corporis coniunctionem.

f. 139[a], A. VI, 733, cf. ed. nostrae vol. II, p. 103, 14—17:

ioh gaudere et cupere. Opiniones bonę sunt. Una praesentis altera futuri. haec ergo nascuntur ex ipsa | coniunctione. Nam neque animi sunt neque corporis propria. Pereunt enim facta segregatione.

Ioh. q. *Iohannis quaestionem* significare verisimile est, si conferas f. 76[b] *quaestio Adentii* et f. 80[a] *Sed.* (= *Sedulii*) *quaestio.* Vides fere ubique de rebus ad grammaticam pertinentibus vel propriis antiquorum contemplationibus agi.

Illos locos, quibus Iohannis et Sedulii nomina coniuncta leguntur, infra habes s. v. „Sedulius et Iohannes".

16. Iosephus.

f. 119[a], A. V, 213, 215, cf. ed. nostrae vol. I, p. 164, 5—10:

Columba de domesticis uirg dicit. Nam agrestes | ioseph palumbes uocantur. Exterrita pennarum concusione (*sic*) terrorem signifi | cans non enim timet pennis sed timorem indicat.

f. 123[a], A. V, 704, cf. ed. nostrae vol. I, p. 642, 17. 18:

ioseph Senior nautes. bene daturum consilium et ab ętate | et a prudentia et a religione commendat.

Iosephus Scottus Alcuini discipulus, qui ante a. 804 diem obiit, memoratur a Wattenbachio hist. Germ. font. ed. V, p. 145; alterius Iosephi, qui medio fere saeculo nono viguit, mentio fit ib. p. 281.

17. Macciallaīn.

f. 131[b], A. VI, 321, cf. ed. nostrae vol. II, p. 55, 11—21:

Longęua sacerdos. sybillam | apollo dilexit ei obtulit poscendi quod uellet arbitrium.. Illa hausit | harenam manibus et tam longam uitam poposcit. sicut mac ciallaīn Cui. apollo respon | dit id posse fieri. si erithriam [1]) insulam relinqueret et eam numquam uide | ret.. profecta igitur cumas tenuit ut [2]) illic defecta corporis | uiribus uitam in sola uoce retinuit. quod cum ciues eius cognouissent | siue inuidia siue miseratione commoti.. epistulam miserunt creta an | tiquo more signatam. qua uisa est in mortem soluta unde nonnulli hanc | esse dicunt quae romana fata conscripsit quod incenso apollinis templo | Inde romam allati sunt libri unde haec fuerat..

Quae margini adscripta sunt, non eius nominis scriptorem, sed fabulae Scotticae similitudinem tangere videntur.

18. Macclongain.

f. 64[b], A. I, 119, cf. ed. nostrae vol. I, p. 55, 11—15:

macc lon gain Troia. differentia in hoc sermone est et in sensu | et in sillabis.. Nam cum prouinciam dicimus et principale est nomen.. et. brē est. TRO. quando autem non est | principale et deriuatio est et longa est. TRÔ.. ut. Troius. ęneas..

19. Megistus.

f. 187[b] in margine superiori:

magistus dixit gisoni manduca arbuta (e supra a in magistus)

quae haud dubie spectant ad Ovidii Metamorph. I, 104: Arbuteos fetus montanaque fraga legebant, qui versus in eadem pagina (f. 187[b] col. 1) habetur. Ceterum cf. supra nr. 7 s. v. Giso.

20. Naso.

f. 158[a] col. 1, Augustini dial. p. 15, 7 ed. Crecel.:

Quid si de historia ut puta mag | nus pompeius quod bella gesse | rit. Quid si commendandorum car | minum naso gratia dicturus est magnus | et pęne solus poeta uirgilius.

Pertinetne haec vox ad Vergilii commemorationem, qui ne paene solus poeta nominaretur, adnotaort Ovidii nomine adposito caverit? Ceterum de Nasone (Modoino) aevi Carolini poeta cf. Wattenbachium, Deutschlands Geschichtsquellen ed. V, p. 147 s., atque Ernestum Duemmlerum, Neues Archiv, tom. XI, p. 77—91.

21. Raigimboldus.

Utroque loco, ubi eius nominis mentio fit, de inferorum condicione agitur:

[1]) *Leg.* Cretam.
[2]) *Leg.* et.

f. 131ᵃ, A. VI, 289, cf. ed. nostrae vol. II, p. 52, 19—24:

raig mbol dus — Nam dicunt esse omnium rerum | ideas . quasdam idest imagines similitudine procreantur uniuersa | hinc est in statio clamas plutoni dicit omnibus finit horrore uideris | harum autem simulacra bene apud inferos sunt quia esse dicuntur et furię.

f. 132ᵇ, A. VI, 363, cf. ed. nostrae vol. II, p. 59, 20—22:

raigi mbol dus — Cęli iocundum lumen . bene | iocundum addidit est enim apud inferos sed non iocundum . his inuicte malis qui | inferos subire potuisti.

22. Rathramnus.

Rathramni duobus locis mentio fit ita, ut utroque loco de „geminorum" notione agatur. Sunt autem hi:

f. 65ᵇ, A. I, 161, cf. ed. nostrae vol. I, p. 66, 16. 17. 21:

rath ramnus — scindit | idest diuidit se unda in sinus reductos idest replicabiles. Gemini | pares similes interdum et duo significat.

f. 88ᵇ, A. II, 500, 501, cf. ed. nostrae vol. I, p. 295, 16. 18—21:

ra thrā nus — Geminos more suo fratres . gemini enim sunt non duo sed simul nati | Centum nurus . aut finitus est numerus pro infinito aut certe ideo . c . quia barbarorum | fuerat non singulas coniuges habere sed plures . aut illud dicit . plures feminas.

Transcripsi omnes lineas, per quas nomen in margine positum extenditur: sed utriusque loci comparatio docet, eas solum partes, quibus „geminorum" vox explicatur, ad Rathramnum istum pertinere. Novimus autem Ratramnum quendam monachum Corbeiensem, doctissimum Paschasii Radberti adversarium, qui editis de corpore et sanguine Domini ad Carolum Calvum et de eo, quod Christus ex Virgine natus est, libris acerrime Radbertum impugnavit, nec non a. 867 contra Graecorum opposita Romanam ecclesiam infamantium opus memorabile conscripsit. Cf. Mignei coll. tom. CXXI. Videtur igitur Rathramnus operum suorum loco quodam „geminorum" significationem ita explicuisse, ut „duorum" sensum reiceret.

23. Ratoldus.

f. 129ᵃ, A. VI, 150, cf. ed. nostrae vol. II, p. 32, 22. 23; 33, 1. 2 ad verba: et incestum est quaecumque pollutio. pendens sollicitus es et proprie pendere esse desiderare aliquid audire — haec margini adscripta sunt:

incestum | est quaecumque pol | lutio . ratoldus | interro | gauit pendet senten | tentia (*sic*) | idest aliquid | audire | desi | de | rat.

24. Robartaich.

f. 128ᵃ, A. VI, 121 s., cf. ed. nostrae vol. II, p. 26, 11—15; 27, 3. 4. 8—11:

Si fratrem pollux alterna . . Helenam et pullux | de ioue nati immortales fuerunt. Nam castor Tyndareos filius fuit | cuius mortem suo interitu fraterna pietas redemit . quod ideo fingitur quia horum stellę | habent ut occidente una . oriatur altera . . Arasque tenebant. rogabant enim deos | ararum ansas tenentes . . Lege hic librum fabularum robartaich | Discensus auerni . lacum pro inferis posuit . . Noctes atque dies idest omni | tempore . .

Fortasse illa verba *lege hic* etc. librarius ex exemplo suo transcripta falso loco inseruit, quia melius de Castoris et Pollucis mytho dicuntur.

25. Sedulius. [1]

f. 5ᵃ, E. I, 29, cf. ed. nostrae vol. III, p. 9, 12—14:

contra sed — ostendit quo eum libertas aspexerit idest quando coepit secare barbam. Et relicta galatea amarillidis amore detineri. Allegori | cos autem hoc dicit.

ib. E. I, 30, cf. ed. nostrae vol. III, p. 9, 19—21:

sed — longo post una pars orationis sit sensus . uenit tempore | longo post sicut multo minus multo magis post modo quod mihi obsit.

f. 6ᵃ, E. II, 15, cf. ed. nostrae vol. III, p. 20, 24. 25:

sed alleḡ — unde uolunt | quidam per amaryllida leriam per menalcan cebetem | intelligi.

f. 10ᵇ, E. III, 20, cf. ed. nostrae vol. III, p. 33, 12—16:

q sed — Sed melius simpliciter accipimus refutandę enim sunt allegorię in | bocolico carmine nisi cum ut supra diximus ex aliqua agrorum perdi | torum necessitate descendunt.

f. 13ᵃ, E. III, 93, cf. ed. nostrae vol. III, p. 41, 6. 7:

sed contra — Latet an | guis in herba. Allegoria est. Nam uidetur hoc ad mantuanos dicere.

[1] Voculae sed nomen personale subesse illud *contra* docet, quod f. 5ᵃ et f. 13ᵃ additum legitur.

f. 16ª, E. V, 14, cf. ed. nostrae vol. III, p. 56, 1—3:

sed | Alterna autem uaria propter mu | sicam. Cuius sonus uarius inuenitur Ex pedum dissimilitudine. significat autem can | tatorem.

f. 23ª, E. VIII, 40, cf. ed. nostrae vol. III, p. 99, 18. 19:

sed constructio unius | Iam fragiles ab. c. r. bene cum | annis iungit habitum corporis nam et in iure pubertas ex utroque col | ligitur.

ib. E. VIII, 44, cf. ed. nostrae vol. III, p. 100, 4—6:

alleḡ sed | Extremi garamantes africę. Extremi autem sęui | quasi consortio humanitatis remoti ut extremique ho | minum morinis bicornis.

f. 23ᵇ, E. VIII, 63, cf. ed. nostrae vol. III, p. 102, 20—22:

sed | bene animos | erigit auditorum dicendo superiora aut quaecunque dicta sunt sed sequen | tia non nisi a numinibus poterunt explanari.

f. 25ᵇ, E. IX, 27, 28, cf. ed. nostrae vol. III, p. 113, 15. 16. 3. 4:

sed | Nimium uicina id usque ad periculum. Uare tuum nomen. Ordo: Uare tuum nomen | sublime ferent ad sidera.

ib. E. IX, 35, cf. ed. nostrae vol. III, p. 114, 3. 7. 8:

sed | Nam Uarus dux fuit cui supra blanditur | Lege pomponii expositionem in oratium q̄ ui | di in lorashaim. Cinna optimus poeta fuit.

f. 27ª, E. X, 31, cf. ed. nostrae vol. III, p. 123, 24. 25:

sed | alii tamen superioribus iungunt sed melius ut sic legamus tamen cantabitis ut | sit sensus licet ego etc.

f. 29ª, G. I, 12, cf. ed. nostrae vol. III, p. 133, 22. 23:

sed q | alioqui in | congruum est si de agricultura locuturus numen inuocet maris.

ib. G. I, 17, cf. ed. nostrae vol. III, p. 135, 10—12:

sed | Menala mons arcadię dictus | *ΑΠΟ.ΤΩΝ.ΜΑΛΑΩΝ.* id ab ouibus quibus plenus est.

f. 30ª, G. I, 33, cf. ed. nostrae vol. III, p. 140, 24. 25:

sed | Ueneris libra et taurus. Martis scorpius et aries. Iouis sagitta | rius et pisces. Saturni capricornus et aquarius.

f. 31ᵇ, G. I, 63, cf. ed. nostrae vol. III, p. 148, 22. 23:

sed Γ luc̄ | Unde homines nati durum genus. Expressit *ΤΟ ΑΙΤΙΟΝ* id causatiuum Nam | et graece populi *ΛΑΟΥ* dicuntur a lapidibus.

f. 32ª, G. I, 84, cf. ed. nostrae vol. III, p. 153, 7. 8:

sed | Incendere profuit agros. Non agros sed ea quae in agris sunt idest stipulas | vel ciscilias idest purgamenta terrarum.

f. 33ᵇ, G. I, 149, cf. ed. nostrae vol. III, p. 167, 18. 21—23:

sed | unde *ΚΑΤΗΕΧΟ* | chen dodonę efficit mentionem. Labor additus quia ante erat quidem labor sed | tantum herbarum intiborum postea accessit rubigine carduorum.

f. 34ª, G. I, 165, cf. ed. nostrae vol. III, p. 170, 22—24, 171, 1. 2:

sed | Sane haec coruis dicendum est secundum tullium qui habet messoria se corue contexit. Sane | supellex usurpatiuum est. Nam artis est haec supellectilis genitiuus enim aut par de | bet esse nominatiuo aut una syllaba maior.

ib. G. I, 166, cf. ed. nostrae vol. III, p. 171, 13:

sed | unde liber dicitur eo quod liberet.

f. 35ᵇ, G. I, 217 extr., cf. ed. nostrae vol. III, p. 182, 10. 11:

sed | Nam et | a tauro usque in taurum et a geminis usque ad geminos annus est.

ib. G. I, 218, cf. ed. nostrae vol. III, p. 182, 18. 19:

sed | Ut sit sensus quo tempore etiam canis cedens occidit cum ā uerso astro | idest cum argo etc.

f. 39ᵇ, G. I, 387, cf. ed. nostrae vol. III, p. 207, 8—10:

sed | incassum autem ideo dicit quia plumarum com | positio aquam minime admittit ad corpus.

f. 40ª, G. I, 424, cf. ed. nostrae vol. III, p. 210, 5. 6:

sed | Solem ad rapidum idest uelocem et notan | dum haec signa magis fida esse et subtiliora quae ex luna uel sole colligimus.

f. 41ᵇ, G. II, 6, cf. ed. nostrae vol. III, p. 218, 11—13:

sed | Uindemias singularum partium ut plus significet singularis | numerus quam pluralis sicut plus est cum dicimus per terram pluit quam per terras pluit.

f. 43ª, G. II, 98, cf. ed. nostrae vol. III, p. 227, 27. 28, 228, 3:

sed ad p̄ dc̄ [1] | Duplex est hoc loco expositio. Nam alii uolunt sine dubio in subauditione esse posita quae aperte dicere non possumus ut sit quibus uinum assurgit id cedit

[1] *Videtur* praedicta *significare.*

uinum | tmolius et fanẹus quod si aperte dicatur est utrumque uitiosum.

f. 48ª, G. II, 541, cf. ed. nostrae vol. III, p. 270, 8. 9:

sed Et | iam tempus equum. Allegoricos hoc dicit debemus fatigato ingenio pascere et facere finem carmini.

f. 49ª, G. III, 56, cf. ed. nostrae vol. III, p. 281, 1. 2:

sed Litotes figū id ualde placeat ut munera non sperno
fer hoc est libenter accipio.

f. 52ª, G. III, 391, 395, cf. ed. nostrae vol. III, p. 307, 23—25, 308, 5—7:

sed Cuius rei mysticẹ uolunt quidam quandam secretam esse rationem si credere dignum est tantum | de luna sacrilegium Salsas herbas multum potantes reddunt plurimum lactis et ipsum lac non sit fatuum sed habeat | salis occultum idest uix intelligibilem non statim apparentem saporem

f. 53ª, G. III, 539, cf. ed. nostrae vol. III, p. 318, 15. 16:

sed ut uitaret omoeteleuton oratius pauidẹ dammẹ.

f. 53ᵇ, G. IV, 19, cf. ed. nostrae vol. III, p. 322, 8—10:

sed et tenues. suspendendum tenuis ne incipiant esse duo epitheta | quod apud latinos constat esse uitiosum.

f. 54ᵇ, G. IV, 144, cf. ed. nostrae vol. III, p. 331, 7. 8:

sed q Ut triplici pubes quam dardana uersum | distulit transtulit. nam mutauit praepositionem.

f. 56ª, G. IV, 275, cf. ed. nostrae vol. III, p. 341, 17—21:

sed sublucet. mire ait ut ostendat puppurei (*sic*) coloris folia | quodam uirore esse perfussa. Tonsis in uallibus non siluosis unde contra est Intonsi montes prope flu | mina mella.

ib. G. IV, 286, cf. ed. nostrae vol. III, p. 342, 17—19:

sed Sane scien | dum plinium dicere de bobus apes de equis crabrones de mulis fucos de assinis uespas creari.

ib. G. IV, 309, cf. ed. nostrae vol. III, p. 344, 11. 12:

sed et quod ex cadauere nascuntur ani | malia et quod apes ex uermibus procreantur.

f. 56ᵇ, G. IV, 369, cf. ed. nostrae vol. III, p. 348, 5—7:

sed Saxosum sonans ypanus ponti fluuius et saxosum legendum non saxosos ne sint | duo epitheta quod apud latinos uitiosum est.

f. 57ᵇ, G. IV, 522, cf. ed. nostrae vol. III, p. 358, 10—13:

sed q Marmorea ceruice | id pulchra ł uitrea ł uiridi. Sane alludit ad id quod dicit obidius quia cum caput eius | delatum ad ripam mordere uoluisset conuersus est in lapidem.

f. 57ᵇ, G. IV, 534, cf. ed. nostrae vol. III, p. 358, 19—21:

sed Sane sciendum easdem esse napcas | quae et driades sunt. Nam supra ait chorus equalis driadum.

ib. G. V, 560, cf. ed. nostrae vol. III, p. 359, 18. 20. 21:

sed Eufraten orientis fluuium. Fulminat id | fortiter facit. Uictorque uolentis per populos. Unum uirtutis est aliud ius | titiẹ.

f. 59ᵇ, A. I, 4, cf. ed. nostrae vol. I, p. 10, 18—21:

sed pro pasiuis actiua ut populatque ingentem farris aceruum pro populatur c. et haec uarietas | ł potius contrarietas inuenitur etiam in aliis partibus orationis.

f. 61ª, A. I, 30, cf. ed. nostrae vol. I, p. 24, 23—25:

sed q Achili propter omoeoteleuton | detraxit literam quae plerumque habetur non solum necessitatis sed etiam eufoniẹ causa.

f. 61ᵇ, A. I, 39, cf. ed. nostrae vol. I, p. 28, 5—7:

sed Est et alter latens sensus ut speret se reginam | contra exulum fata possent aliquid si mineruẹ numen inferius ua | luit contra fata uictorum.

ib. A. I, 41, cf. ed. nostrae vol. I, p. 29, 5. 6:

sed In latino enim sermone cum penultima | corripitur antepenultima habet accentum.

f. 62ª, A. I, 47, cf. ed. nostrae vol. I, p. 32, 17—19:

sed Tot annos. licenter in histis (*corr.* istis) elocutionibus et accusatiuo utimur et datiuo et ab | latiuo dicimus enim tota nocte legi et totam noctem legi.

ib. A. I, 54, cf. ed. nostrae vol. I, p. 34, 26, 35, 1—4:

sed Carcer autem est unde cumque prohibemur ex | ire dictus quasi arcer ab arcendo Locum autem in quo seruantur noxii carcerem dicimus numero tantum singulari unde uero | emittuntur quadrigẹ carceres dicimus numero tantum plurali et plerumque usurpat poeta.

f. 63ª, A. I, 69, cf. ed. nostrae vol. I, p. 39, 23—26:

sed Incute uim uentis. Duplex sensus est. Incute enim si inice significat uentis datiuus casus est. si autem fac septimus casus est et | erit sensus fac uim troianis per uentos.

ib. A. I, 73, cf. ed. nostrae vol. I, p. 41, 20. 21:

sed dicendo | stabili longam promittit concordiam idest quae diuortio careat. dicendo propriam adul | terii remouet suspicionem.

f. 63ª, A. I, 76, cf. ed. nostrae vol. I, p. 42, 18—22:

sed Inferioris per | sonę reuerentia est. Maiorem meritis appellare non nomine contra meritorum est minorem nomine | tantum uocare qui ordo non nisi per indignationem corřpitur ut in XII sages in extremis rebus | turnum non regem uocat.

ib. A. I, 77, cf. ed. nostrae vol. I, p. 43, 6—8:

sed figura litotes quae fit quoties minus dicimus et plus signi | ficamus per contrarium intelligentes ut hoc loco non ait licet mihi implere quae praecipis sed ne | fas est non implere quae iusseris.

f. 63ᵇ, A. I, 79, cf. ed. nostrae vol. I, p. 44, 4. 5:

sed duplici enim ra | tione diuinos honores meremur dearum coniugio et conuiuio deorum.

ib. A. I, 93, cf. ed. nostrae vol. I, p. 47, 14—16:

sed Graue enim est secundum homerum perire naufragio quia anima ignea est et extingi uidetur in mari idest ele | mento contrario.

ib. A. I, 96, cf. ed. nostrae vol. I, p. 48, 12—15:

sed fortissime gentis. atqui in artibus legimus superlati-
q uum gra | dum nominis (nominis *extinctum*) non nisi genitiuo plū iungi constat quidem sed gens nomen est enuntiatione singulare | intellectu plū.

f. 64ᵇ, A. I, 116, cf. ed. nostrae vol. I, p. 54, 8—12:

sed Ibidem et ubinam. multi dubitant ubi debeat esse | accentus quia ibi et ubi naturaliter breues sunt sed ratione finalitatis plerumque producuntur in uersu | nescientes hanc esse rationem quia pronuntiationis causa contra uersum latinum syllabis ultimis | quibus particulę adiunguntur accentus tribuitur.

ib. A. I, 118, cf. ed. nostrae vol. I, p. 55, 6:

sed in gurgite uasto. tapinosis est idest rei magnę humilis est expositio.

ib. A. I, 121, cf. ed. nostrae vol. I, p. 56, 15—17:

sed sed quod uno sermone explicare non possumus aut circumlocutione ostendimus aut si hoc nolumus parti | cipium pro participio ponimus.

f. 65ª, A. I, 142, cf. ed. nostrae vol. I, p. 61, 12. 13:

sed Dicto citius non antequam diceret. dixit enim haec
q ait sed citius quam dici potest. |

f. 65ᵇ, A. I, 159, cf. ed. nostrae vol. I, p. 65, 22, 66, 1. 2:

sed Est in secesu. *TOΠΟΘΕCIA* idest fictus secundum poeti | cam licentiam locus. ne autem uideatur penitus a ueritate discede | re hispaniensis cartaginis portum descripsit.

f. 66ª, A. I, 179, cf. ed. nostrae vol. I, p. 71, 13—15:

sed Multi ysteron | putant non respicientes superiora quod dixit undis cererem esse corruptam quam necesse fuerat | ante siccari.

f. 66ᵇ, A. I, 185, cf. ed. nostrae vol. I, p. 74, 13—17:

sed Tota. Inter totum et omne hoc inter est quod totum dicimus unius corporis plenitudinem | omne de uniuersis dicimus utpote totum adiutorium habet scolasticos hoc est | plenum est adiutorium scolasticis omne adiutorium habet scolasticos | idest omnia adiutoria. (above: ł u)

ib. A. I, 187, cf. ed. nostrae vol. I, p. 75, 7—9:

sed Constitit con secundum naturam brē est | semper excepto cum s ł f littera sequitur. tunc enim tantum producitur ut (sicut in sillaba) insula infula. |

ib. A. I, 191, cf. ed. nostrae vol. I, p. 75, 25, 76, 1. 2:

sed Nam frondeum est totum de frondibus ut torus frondosus | uero est locus licet enim abundet frondibus non tamen est de frondibus totus.

f. 67ᵇ, A. I, 223, cf. ed. nostrae vol. I, p. 84, 27. 28, 85, 1. 2:

sed Est autem poetica callopistia non omnia exprimere ut oratius | in arte poetica praecipit nec uerba curabis reddere quamuis plerique de translatione graeci | tatis hoc adserant dictum.

f. 68ª, A. I, 235, cf. ed. nostrae vol. I, p. 89, 13—17:

sed et sciendum est inter fabulam et argumentum | et historiam hoc interesse quod fabula est dicta res contra naturam sum facta | sum non facta ut depassiue. historia est quicquid secundum naturam dicitur sum fac | tum sum non factum ut de phedra.

f. 68ᵇ, A. I, 243, cf. ed. nostrae vol. I, p. 91, 6—9:

sed Ideo autem uirgilius dicit | in ylliricos sinus quod inde uenit quidam henetus rex qui uenetiam tenuit cuius nomine | henetiam dictam posteri uenetiam nominauerunt.

ib. A. I, 244, cf. ed. nostrae vol. I, p. 91, 15—18:

sed Fontem timaui. | amant poetę rem unius sermonis
semper perifrasibus idest circumlocutionibus dicere ut pro
cor troia | urbem troianam pro butroti° arcem butroti sic et modo pro timauo ait fontem ti | maui et paulo post urbem patauii idest patauium.

ib. A. I, 247, cf. ed. nostrae vol. I, p. 92, 15—17:

sed Urbem patauii hoc est patauium. Patauium autem dictum uel a padi uicinitate quasi padauium uel

ΑΠΟ. ΤΟΥ ΠΕΤΑCΤΕ' quod captato augurio | dicitur condita.

f. 69ª, A. I, 257, cf. ed. nostrae vol. I, p. 95, 21—23:

sed Parce metu quoties in causis arguimur ante nos purgare debemus et sic ad actionem | descendere quod et hoc loco iuppiter facit.

ib. A. I, 259, cf. ed. nostrae vol. I, p. 96, 18—20:

sed ęneas enim secundum quosdam in numicum cecidit fluuium secundum ouidium | in cęlum raptus est appellatusque iuppiter indiges.

f. 69ᵇ, A. I, 267, cf. ed. nostrae vol. I, p. 99, 4—6:

sed cognomen iulo. si proprie loqueretur ag | nomen diceret non cognomen sed magis ad familiam respexit quia omnis gens iulia inde originem | ducit.

ib. A. I, 273, cf. ed. nostrae vol. I, p. 102, 6—7:

sed et a | Romi (*suprascr.* .i. romuli) nomine romani appellati. ut autem pro romo romulus diceretur | blandimenti genere factum est quod gaudet deminutione.

ib. A. I, 273, cf. ed. nostrae vol. I, p. 102, 8—10:

sed fabulę autem celandum auctorem romani generis turpitudinem fingunt | nec incongrue. Nam et meritrices lupas uocamus unde et lupanaria.

f. 70ª, A. I, 277, 278, cf. ed. nostrae vol. I, p. 103, 17—19. 21. 23. 24:

sed denique tribunus plebi | quidam ut ait uarro hoc nomen ausus enuntiare in crucem leuatus est quod ne hycinus quidem cum | de situ urbis loqueretur

dodo expressit. Nec metas rerum nec tempora pro metas ad terras re | tulit tempora ad annos. liuino enim et albę finem instituit.

ib. A. I, 284, cf. ed. nostrae vol. I, p. 104, 29, 105, 1:

sed Nam asaracus capin | genuit capis anchisen unde ęneas auctor romani geñ ex quibus mummius qui achaiam | uicit.

ib. A. I, 287, cf. ed. nostrae vol. I, p. 105, 22—26 et adnot:

sed famam qui terminet astris aut ad laudem dictum est | aut certe secundum historiam. Re uera enim et britannos qui in oceano sunt uicit et post | mortem eius cum ludi funebres ab augusto eius adoptiuo filio darentur stella me | dio die uisa est quae in ipsius honorem apparuisse diceretur.

f. 70ᵇ, A. I, 292 extr., cf. ed. nostrae vol. I, p. 108, 24—26:

sed Constat autem graecos fuisse | romanos uel propter generis nobilitatem Mars enim cum sęuit gra | diuus dicitur cum tranquillus est quirinus.

f. 71ª, A. I, 293, cf. ed. nostrae vol. I, p. 109, 9. 10:

sed ergo compages compagis quoniam compago. nis usurpatum est sed compaginis nemo penitus dicit.

ib. A. I, 307, cf. ed. nostrae vol. I, p. 113, 2—6:

sed hoc igitur sci ' endum est quod cum casum suum retinet praepositio (*infra vocem* praepositio *linea ducta*) ysterologia est ut hoc loco. cum autem mu | tat figura est ut cum allabitur oris. oris enim pro oras posuit. plerumque tamen | etiam superfluas ponunt praepositiones.

f. 72ª, A. I, 343, cf. ed. nostrae vol. I, p. 121, 1—3:

sed quoties poeta aspera in uenit nomina uel in metro non stantia aut mutat ea aut de his aliquid mutilat.

ib. A. I, 353, 355, cf. ed. nostrae vol. I, p. 122, 23—27:

de uersu sed In somniis si ab eo quod est somnium sinzisis est | ut peculi pro peculii. si autem a somno uenit in somnis idest dum somnos | caperet. Crudelis aras epitheton hoc de causa est. Nam arę pię sunt.

ib. A. I, 357, cf. ed. nostrae vol. I, p. 123, 8. 9:

sed suadet secundum naturam duę sunt sillabę sed multi trisillabum putant quod etiam si inueniatur so | lutio dicenda est.

f. 72ᵇ, A. I, 374, cf. ed. nostrae vol. I, p. 126, 20—23:

sed et sciendum quod omnia nomina quae de graecis in os | exeuntibus apud nos in us exeunt ut delos delus aut in er agros ager aut in utramque ut euandros euandrus euander.

ib. A. I, 380 extr., cf. ed. nostrae vol. I, p. 128, 21—24:

sed Genus ab ioue ideo quia ex electra et ioue dardanus ia | siusque nati sunt. qui dardanus auctor est troię et bene ad tria in | terrogata respondet qui esset unde ueniret quo tenderet.

f. 73ª, A. I, 387, cf. ed. nostrae vol. I, p. 130, 22—24:

sed Cęlestibus autem secundum pitham et platonem dixit qui confirmant uiuos esse su | peris caros mortuos uero inferis.

ib. A. I, 388, cf. ed. nostrae vol. I, p. 130, 27, 28, 131, 1:

sed q auras uitalis quibus uiuimus nihil est | enim aliud uita quam reciprocus spiritus unde et iupiter quo constat. omnia *ΖΕΥC* | uocatur *ΑΠΟ ΤΗC CΩΗC* idest a uita.

f. 73[b], A. I, 394, cf. ed. nostrae vol. I, p. 132, 17—19:

sed — Iouis ales aquila quae in tutela iouis est quia dicitur dimicanti ei contra dimicantes | gigantes fulmina ministrasse quod ideo fingitur quia per naturam nimii est caloris.

ib. A. I, 408, cf. ed. nostrae vol. I, p. 135, 26—28, 136, 1:

sed q — Dexterę iungit dexteram maior enim haec | fuerat salutatio cuius rei *ETION* idest causa uarro dicit adser | ens omnem eorum honorem de terrarum constituisse uirtute.

f. 74[a], A. I, 438, cf. ed. nostrae vol. I, p. 143, 23. 24:

sed — Fastigia nunc operis summitates | alibi ima significat ut scrobibus quae sint fastigia quaeras.

f. 74[b], A. I, 451, cf. ed. nostrae vol. I, p. 147, 17—23:

sed q — sane cum in ui exit penul (penultima) longa est et ipsa accentum retinet cum uero in i penul breuis est et perdit accentum quia ut supra diximus unius ob noxam | quoties uocalis uocalem sequitur detrahit longitudinem praecedenti sed hoc | in metro ubi necessitas cogit. Nam in prosa et naturam suam et accentum | retentat. nunc linii tertia a fine habet accentum quia penul brē (breuis) est.

ib. A. I, 458, cf. ed. nostrae vol. I, p. 148, 22. 23:

sed — Atridas | atrei filios agamemnonem et menalaum (*sic*) sed usurpatum est. Nam philis | tenis filii fuisse dicuntur.

f. 75[a], A. I, 468, cf. ed. nostrae vol. I, p. 150, 6—11:

sed q — Nam timidos phrigas uocat. dardanidas generosos. lamedontiadas per | fidos. troas fortes. hectoreos quoque fortes.

f. 75[b], A. I, 506, cf. ed. nostrae vol. I, p. 158, 22—25:

sed — solium proprie est | armarium uno ligno facto in quo reges sedebant propter tutelam corpo | ris sui dictum quasi solidum modo iam abusiue sellam regalem intelligimus.

f. 76[a], A. I, 530, cf. ed. nostrae vol. I, p. 162, 23—26:

de hesperia sed — Hesperię duę sunt una quae | hispania dicitur altera quae est in italia quę hac ratione discernuntur | aut enim hesperiam solam dicis et significas italiam aut addis ultimam et signifi | cas italiam (*infra* italiam *linea ducta*) hispaniam quae in occidentis est fine.

ib. A. I, 532, cf. ed. nostrae vol. I, p. 163, 13—15:

.i. oinos ğ uinum

sed — Oenotria autem dicta | est uel a uino optimo quod in italia nascitur uel ut uarro dicit ab oenotro | rege sabinorum.

f. 77[a], A. I, 561 extr., 562, cf. ed. nostrae vol. I, p. 171, 7. 8. 10—13:

sed de re thorica aȓ — uultum dimissa figura | ut oculos suffusa. soluite corde metum sicut supra iouis oratio par | tim obiecta purgat partim petita promittit. sciendum sane quia cum | petuntur uel promittuntur aliqua a ualidissimis inchoandum est ut hoc loco et | est genus argumenti a necessario.

ib. A. I, 565, cf. ed. nostrae vol. I, p. 171, 28—30, 172, 1. 2:

sed q — quis genus ęneadum satis propere dixit ęnea | das quanquam ab ilioneo audierit rex erat ęneas nobis. Nec haec in opere | inemendato miranda sunt. Troię nesciat urbem aut illum dicit quod in troia | est aut troię urbem ut urbem pataui urbem butroti.

f. 77[b], A. I, 570, cf. ed. nostrae vol. I, p. 173, 6—8:

sed q — in hoc autem monte (Eryce) dicitur etiam anchises sepultus licet secundum catonem ad italiam uenerit.

ib. A. I, 573, cf. ed. nostrae vol. I, p. 173, 14—18:

sed — Urbem quam statuo uestra est. multi antiptosin uolunt | ut sit pro urbs sed si sic intelligamus quod nihilominus sequitur et syllemsis fit | per casus mutationem. debuit enim dicere urbs quae statuitur.

f. 78[a], A. I, 606, cf. ed. nostrae vol. I, p. 179, 6—8:

sed q — Qui tanti talem genuere parentes | secundum artem rhethoricam parentes quos ignorat laudat ex liberis et simul | sciendum omnia hoc loco laudis praecepta seruata.

f. 78[b], A. I, 619, cf. ed. nostrae vol. I, p. 181, 20—22:

sed — unde et | priamus dictus est *AΠO TOT ΠPIACTAI* id emi. Ceterum quae deliberata dicuntur | hesiona constat esse fabulosa.

ib. A. I, 639, cf. ed. nostrae vol. I, p. 184, 23, 185, 1. 2:

sed q — laboratę uestes labore perfectę et est sermo in com | pendium coactus ut rapuit in fomite flamma idest raptim fecit.

ib. A. I, 640, cf. ed. nostrae vol. I, p. 185, 7—11:

sed q — Cęlataque in auro insculpta et nomen hoc in principali | aliam habet naturam. Nam cęlum dicitur ferrum ipsum quo operantur argentarii quod | producit natura sed in diriuatione mutatur diptongus namque est cęlata quia in auro.

ib. A. I, 642, cf. ed. nostrae vol. I, p. 185, 22—24:

sed Nam omnes in illis partibus solem colunt qui ipsorum linga^{u} el dicitur | unde et elios . ergo addita digammos et in fine facta diriuatione | a sole regi nomen imposuit.

f. 79^{b}, A. I, 664 extr., 665, cf. ed. nostrae vol. I, p. 191, 18—23:

sed Solus nate qui iouis contemnis fulmina quae diis
q ceteris solent esse | terrori. Patris summi. Nunc quidem de ioue proprie dixit. sciendum tamen pro quali | tate rerum uel personarum summum dici uel patrem. Unus quisque enim cum summum putat | esse quem colit ut summe deum sancti custos soractis apollo.

f. 80^{a}, A. I, 683, 684, cf. ed. nostrae vol. I, p. 194, 8. 11:

sed Noctem non amplius unam artis poeticę est. Pueri puer. Argumentum a facili.

ib. A. I, 688—690, cf. ed. nostrae vol. I, p. 194, 20. 22. 28:

sed Ueneno. uenenum dictum quod per ue | nas eat.
q̄stio Paret amor idest cupido. Alius (*leg.* alis) tantum depositis ascanius fuit.

ib. A. I, 697, cf. ed. nostrae vol. I, p. 195, 27. 28, 196, 1 et adnot.:

sed Sciendum sane omnia graeca nomina in *H* exeuntia cum diriuationem | faciunt *H* in ae diptonḡ conuertere ut Aul^{H}E aulęa *IΔH* idęa | *CΛIOPH* caliopęa sed illa dip̄ aut in e. produc̄ aut in i pro in quibus | dam locis solet mutari.

f. 80^{b}, A. I, 699, cf. ed. nostrae vol. I, p. 196, 15. 16:

sed pater ęneas idest | religiosus quia pater omnium deorum epitheton est ut ostendit ubique uirgilius.

f. 81^{a}, A. I, 729, cf. ed. nostrae vol. I, p. 203, 17—19:

sed unde et linga^{u} punica bal deus dicitur apud assyrios autem bel dicitur quidam | sacrorum ratione.

f. 81^{b}, A. I, 738, cf. ed. nostrae vol. I, p. 205, 11—14:

sed Tunc bitię per transitum poenorum ducum nomina in | troducit. Nam bitias clasis punicę fuit praefectus ut dicit liuius iopas uero rex afrorum | de procis didonis ut punica testatur historia.

ib. A. I, 740, cf. ed. nostrae vol. I, p. 206, 9. 10 et adnot.:

sed Crinitus iopas aut puerum intellige aut imita | batur apollinis formam cuius fuerat etiam artis imitator quod graece phoebus cri | nitus latine dicitur.

f. 81^{b}, A. I, 741, cf. ed. nostrae vol. I, p. 206, 11—14:

sed docuit quae maximus atlas quę legendum non quem. Nec enim | istum docere potuit qui didonis erat temporibus sed docuit herculem unde et dicitur | atlantem cęlum sustinuisse susceptum propter cęli scientiam traditam.

ib. A. I, 743, cf. ed. nostrae vol. I, p. 207, 21—24:

sed Et ignes. scili | cet ex nubium collisione. Nam omnium rerum collisio ignem | creat ut in lapidibus cernimus uel attritu rotarum uel in siluis arborum.

f. 82^{b}, A. II, 15, cf. ed. nostrae vol. I, p. 215, 20—22:

sed instar autem est ad similitudinem unde non restaurata sed instau | rata dicuntur ędificia ad antiquam similitudinem facta.

f. 83^{a}, A. II, 16, cf. ed. nostrae vol. I, p. 216, 24. 25, 217, 1:

sed acer uero in tutela | stuporis est et uiso equo stu-
q puere troiani ut pars stupet innuptę | donum exitiale mineruę.

ib. A. II, 16, cf. ed. nostrae vol. I, p. 217, 6—7:

sed sciendum sane uirgilium | ubique in solutionē̇ (*sic*)
q ista seruare sibi excusationem sinaliphę quod alii contem | nunt.

f. 83^{b}, A. II, 65, 67, 69, cf. ed. nostrae vol. I, p. 227, 9—11. 14. 15. 19—21:

sed Crimine ab uno hoc est causa ut ab eo quod praecedit id quod sequitur. Turbatus | quasi turbatus et amazonides quasi amazon. Heu modo una est sillaba sed interdum propter me | trum duę fiunt syllabę $^{quam\ mihi}$ ut heu macer est mihi taurus in herbo sicut p̄ndit pro p̄hendit.

f. 84^{a}, A. II, 99, 100, cf. ed. nostrae vol. I, p. 234, 5—7. 12—14:

sed arma | modo fraudes uel dolos nam arma sunt in-
q strumenta cuiuslibet rei unde et insidiantis | fraudis arma nominauit. requieuit enim aut uacat enim aut pendet sensus | arte enim agitur semiplena dicendo cogat et interrogare et auidius audire troianos.

f. 84^{b}, A. II, 116 extr., cf. ed. nostrae vol. I, p. 238, 9—11:

sed Sparserat et latices simulatos fontes auerni. | Nam et in templo isidis aqua sparsa de nilo esse dicebatur sicut et apud christia | nos ubi non sit uinum offerat aquam [1]).

[1]) *Verba*: sicut et apud christianos — aquam *a Servii textu absunt.*

f. 85ᵃ, A. II, 134, cf. ed. nostrae vol. I, p. 240, 25—28, 241, 1:

sed q ergo uincula religiones intellige ut et uinclis innaret delia ruptis sci | licet federis. Nec enim obsides unquam ligantur sed huic expositioni occurrit unde iste | ligatus fuerit quia eum troiani non ligarunt. ultro enim se obtulerat.

ib. A. II, 154, cf. ed. nostrae vol. I, p. 244, 27. 28, 245, 1. 2:

sed q aeterni ignes aut ararum | quas fugit ut execratio sit propter posteriora uos arę aut certe solem et lunam | significat. Execratio autem est aduersorum deprecatio. Iusiurandum uero optare prospera.

f. 85ᵇ, A. II, 166, cf. ed. nostrae vol. I, p. 248, 4—11:

Quinta inuenitur habitudo pe
[illegible] que cū sint a se ipsa diu

sed coniungunt tamen quidam eam definitionem de-
nominatiuis non plenum sed ad quandam quasi
figurationem et formam vocabuli dif-
ferentiam ut est: IUSTITIA IUSTUS
et grammatica grammaticus.
Haec vocant denominatiua quia de
nomine et substantia per diversitatem
figurationis quandam similitu-
dinem ad rem ipsam coniuncta sunt. Maxime
necessaria fuit prima de ae-
quivocis propositio. Discendum nobis
est quia non semper res cum nominibus co-
piunt sed aliquotiens sicut crescunt ali-
quotiens minuuntur. Namque et equi-
vocis rebus non sufficiunt. Nam cum
non una sit plures sunt res quae
uno nomine declarantur. Nam multi-
vocis res nominibus sicut sunt. Nam cum
una sit eadem substantia multis
vocabulis demonstratur. Hic est propositum
ut vocem prius de aequivocis referentia
ad aliquod praedicamentorum principium re-
ferre non possimus. De aequivocis namque
praecognitis cum quibus diiudicandum sit
uno proponitur et sub praedicamen-
torum genus aliquo referendum
considero. Et si ad unum praedicamen-
tum cuncta pertinent. Si non illud
quod proponit unam rem significat. Et
hic ad primam praedicationem referre non du-
bito. Ut hoc vocabulum quod est mens video
quoniam nihil aliud significat nisi il-
lud quo sapimus et quo ratione utimur
quod cum unum significat et hoc ipsum quod significat
substantia est id est MENS non ipsum sub-
stantiam declarare pronuntio. Si vero
nobis propositum in plura significat. De-
claratio est ipsius significatio quae diver-
sis te considero. Et si ad unum praedica-
mentum cuncta pertinent. hoc ad propositum per-
tinet non illud significare contendo
ut hoc vocabulum quod est CANIS idem
dicitur et marinus et terrenus et caelestis

quarum singularum significationes cum
considero video esse substantias. At
vero si vocabulum diversissimas signifi-
cet res et quae sub unum genus ueni-
re non possint ut hoc vocabulum quod est
Aliquid. Aliquid dicitur aliquid.
et de substantia et de qualita-
te et de quantitate et de cunctis
ceteris generibus. Singulis hoc voca-
buli designationis par-
tiens sed unum quod genus quod non
illud significat ad conveniens prae-
camentum pronuntiare ponere. Quod si
prius equivocorum notitia non proponitur
ad primum praedicamentum referre non pos-
sumus. Recte de praedicamentis incho-
amus. Quid aequivoca forent
prima definitione constituit. Videte
enim cum de aequivocis inchoaret
de ipsa praedicamentorum significatione
coepisset. Nam cum substantia quanti-
tas et cetera. ΓΝΟΤΙ CΕΑΥΤΟΝ
id est Nosce te ipsum. Frustra
labor et curiosa mortali-
tas in ceteris cognoscendis cum
sui naturam scire non ponit. QUID sit
Ubi sit qualem formam quam ha-
beat quid sit. ΠΕΡΙ ΤΗC ΟΥ-
CΙΑC id est de substantia. Ubi
sit. ΠΕΡΙ ΤΟΠΟΥ id est de loco
quam figuram utrum humani cor-
poris ut habere umbre dicuntur. an
sphere. an cuius alterius. qua-
lium. mortalis ne. an eterna
sit. Pars haec animae ΔΙCΤΕΤΙΚΗ
id est sensualis dicitur. Est haec for-
ma capax omnium figurarum et
pulchrior universis quae in-
tellegibiliter cunctis rebus
tit. Finit Clodiani de statibus

uita horatii. Q(uintus) horati
us flaccus libertino patre
natus in apulia cum parente
in sabinos migrauit quem cum
pater puerum romam misisset in lu
dum litterarum parcissimis eruditus
impensis. Antiquitas patris
uicit ingenio. Coluit quidem adoles
cens brutum sub quo tribunus mi
litum ciuili bello militauit Cap
tiuusque est a cesare per magnum tem
pus beneficio mecenatis solu
seruatus est et in amicitiam recep
tus est qua propter mecenati et au
gusto in omnibus scriptis suis
uenerabile assurgit. Scripsit
autem carminum libros iiii
Carmen saeculare. Epo
don. de arte poetica
libri. epistolarum. lib. ii
Sermonum. lib. ii. Commen
tati sunt illum. porphirion
modestus. helenius. ac
ron. omnibus melius. C.
Aemilium. ad maecena
tem. uario. hominum scri
bit officio. pragmatice
monocolos.. Metrum archi
lochium quod constat ex spondeo duobus cho
riambis et pirrichio ita. mecenas ata
uis edite regibus.. Siue aliter. Ex
spondeo. dactylo. cesura et duobus
dactylis. ita. Maece. Nas ata. uis.
edite regibus. quae scansio dicitur sepen
tri h metro heroica et duobus dactylis

(gloss) ... a porsenna rege ... origine ducit

Maecenas atauis edite regibus
O et presidium et dulce decus meum
Sunt quos curriculo puluerem olympicum
collegisse iuuat metaque feruidis
euitata rotis palmaque nobilis
Terrarum dominos euehit ad deos
Hunc si mobilium turba quiritium
certat tergeminis tollere honoribus;
illum si proprio condidit horreo
quicquid de libicis uerritur areis
Gaudentem patrios findere sarculo
Agros attalicis condicionibus;
Numquam demoueas ut trabe cypria
Myrtoum pauidus nauta secet mare
Luctantem icariis fluctibus africum
Mercator metuens otium et oppidi
Laudat rura sui mox reficit rates
Quassas indocilis pauperiem pati
Est qui nec ueteris pocula massici
Nec partem solido demere de die
Spernit nunc uiridi membra sub arbuto
Stratus nunc ad aquae lene caput sacrae
Multos castra iuuant et lituo tubae
Permixtus sonitus bellaque matribus
Detestata manet sub ioue frigido
Uenator tenerae coniugis inmemor
Seu uisa est catulis cerua fidelibus
Seu rupit teretes marsus aper plagas
Me doctarum hederae premia frontium
Dis miscent superis me gelidum nemus
Nympharumque leues cum satyris chori
Secernunt populo si neque tibias
Euterpe cohibet nec polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton
Quod si me lyricis uatibus inseres
Sublimi feriam sidera uertice.

(margin) ... nobilibus regibus ... fuit

Ad diuum augustum.

Saphicum metrum quod constat ex trocheo spondeo
dactylo et duobus trocheis ita iam satis terris
... cum trocheo et bacchio

Iam satis terris nivis atque dirae
grandinis misit pater et rubente
dextera sacras iaculatus arces
terruit urbem
Terruit gentes grave ne rediret
seculum pyrrhe nova monstra questae
Omne cum proteus pecus egit altos
visere montes
Piscium et summa genus hesit ulmo
Nota que sedes fuerat columbis
Et superiecto pavidae natarunt
aequore damae
Vidimus flavum tiberim retortis
litore etrusco violenter undis
ire deiectum monumenta regis
Templaque vestae
Iliae dum se nimium querenti
iactat ultorem vagus et sinistra
labitur ripa iove non probante
uxorius amnis
Audiet cives acuisse ferrum
quo graves persae melius perirent
audiet pugnas vitio parentum
rara iuventus
Quem vocet divum populus ruentis
imperi rebus prece qua fatigent
virgines sanctae minus audientem
carmina vestam
Cui dabit partes scelus expiandi
iuppiter tandem venias precamur
nube candentes humeros amictus
augur apollo
Sive tu mavis erycina ridens
quam iocus circum volat et cupido
Sive neglectum genus et nepotes
respicis auctor
Heu nimis longo satiate ludo
quem iuvat clamor galeaeque leves
acer et mauri peditis cruentum
vultus in hostem
Sive mutata iuvenem figura
ales in terris imitaris almae
filius maiae patiens vocari
caesaris ultor
Serus in caelum redeas diuque
laetus intersis populo quirini
neve te nostris vitiis iniquum
ocior aura
Tollat hic magnos potius triumphos
hic ames dici pater atque princeps
Neu sinas medos equitare inultos
Te duce caesar

AD MERCURIUM SAPHICUM ENDECASILLABUM

Mercuri facunde nepos atlantis
qui feros cultus hominum recentum
voce formasti catus et decorae
more palestrae
Te canam magni iovis et deorum
nuntium curvaeque lyrae parentem
callidum quicquid placuit iocoso
condere furto
Te boves olim nisi reddidisses
per dolum amotas puerum minaci
voce dum terret viduus pharetra
risit apollo
Quin et atridas duce te superbos
thessalosque ignes et iniqua troiae
castra fefellit
Tu pias laetis animas reponis
sedibus virgaque levem coerces
aurea turbam superis deorum
gratus et imis
Saphicum de laudibus deorum atque hominum
Quem virum aut heroa lyra vel acri
tibia sumis celebrare clio
quem deum cuius recinet iocosa
nomen imago

aut in umbrosis heliconis oris
aut sup pindo gelido ue in hemo
un uocalem temere insecute
Orphea silue
Arte materna rapidos morante
fluminu lapsos celeresq. uentos
blandu & auritas fidib; canoris
ducere quercus
Quid prius dicam solitis parentis
laudib; q res hominu ac deos
q mare ac terras uariisq. mundu
temperat horis
Un nil maius generat ipso
nec uiget qcq. simile aut scdm
pximos illi tn occupauit
* pallas honores
Proeliis audax neq. te silebo
lib & seuis inimica uirgo
beluis nec te metuende certa
phoebe sagitta
Dicam & alciden puerosq. lede
hunc equis illu superare pugnis
Nobile q simul alba nautis
stella refulsit
Defluit saxis agitatus humor
Concidunt uenti fugiuntq. nubes
Et minax qui sic uoluere ponto
unda recumbit
Romulu post hos prius an quietu
pompili regnu memore an supbos
tarquini fasces dubito an catonis
Nobile letu
Regulu & scauros animeq. magne
pdigu paulu supante paeno
gratus insigni referra camena
Fabriciumq.
hunc & incomptis curiu capillis
utilem bello tulit & camillu

Seua paupertas & auitus apto
cu lare fundus
Crescit occulto uelut arbor euo
fama marcelli micat int omis
iuliu sidus uelut int ignes stellas
luna minores
Gentis humane pr atq. custos
orte saturne tibi cura magni
cesaris fatis data tu [illegible]
cesare regnes
Ille seu parthos latio imminentes
egerit iusto domitos triumpho
siue subiectos orientis ore
seras & indos
Te minor latu reget equs orbe
tu graui curru quaties olympu
tu parum castis inimica mittes
fulmina lucis
11 Sapphicu ad mecenatem
Uile potabis modicis sabinu
cantaris grca qd ego ipse testa
conditu leui datq; in theatro
cu tibi plausus
Care mecenas eques ut paterni
fluminis ripe simul & iocosa
redderet laudes tibi uaticani
montis imago
Cecubu & prelo domita caleno
tu bibes uua mea nec falerne
* temperant uites neq. formiane
pocula colles
Ad fuscu. metr saph. cu endeca sillabu. qrt adoniur. Integer uite sceleris q. purus
Non eget mauris iaculis neq. arcu
nec uenenatis grauida sagittis
fusce pharetra
Siue p sirtes iter aestuosas
siue facturus p inhospitalem
caucasu uel que loca fabulosus
lambit hidaspes

Namque me silua lupus in sabina
dum meam canto lalagen. et ultra
terminum curis uagor expeditis
fugit inermem
Quale portentum neque militaris
daunias latis alit esculetis,
nec iube tellus generat leonum
arida nutrix
Pone me pigris ubi nulla campis
arbor estiua recreatur aura
quod latus mundi nebule malusque
iuppiter urget
Pone sub curru nimium propinqui
solis in terra domibus negata
dulce ridentem lalagen. amabo
dulce loquentem

AD LIRAM

Poscimur si quid uacui sub umbra
lusimus tecum quod et hunc in annum
uiuat et plures age dic latinum
barbite carmen
Lesbio primum modulate ciui
qui ferox bello tamen inter arma
siue iactatam religarat. udo
litore nauim
Liberum et musas ueneremque et illi
semper herentem puerum canebat
et licum nigris oculis nigroque
crine decorum
O decus phoebi et dapibus supremi
grata testudo iouis o laborum
dulce lenimen. michi. cumque salue
rite uocanti

Saph. AD PUERUM MINISTRUM

Persicos odi puer. apparatus
displicent nexe philyra corone
mitte sectari rosa quo locorum
sera moretur
Simplici mirto nichil adlabores
sedulus curo neque te ministrum
dedecet mirtus neque me sub arta
uite bibentem

FINIUNT Saphica. de libro primo
carminum. INCIPIUNT de libro
secundo. Saphica. AD SALLUSTIUM CRISPUM
ENCOMIASTICE TETRACOLOS

Nullus argento color est auaris
abdito terris inimice lamne
crispe sallusti nisi temperato
splendeat usu
Uiuet extento proculeius euo
notus in fratres animi paterni
illum aget penna metuente solui
fama superstes
Latius regnes auidum domando
spiritum quam si libiam remotis
gadibus iungas et uterque poenus
seruiat uni
Crescit indulgens sibi dirus hydrops
nec sitim pellit nisi causa morbi
fugerit uenis et aquosus albo
corpore languor
Redditum cyri solio prahaten
dissidens plebi numero beatorum
eximit uirtus populumque falsis
dedocet uti
Uocibus regnum et diadema tutum
deferens uni propriamque laurum
quisquis ingentis oculo irretorto
spectat aceruos

ANCILLA AMARE CRIMEN NON E

Ne sit ancille tibi amor pudori
xanthia foceu prius insolentem
serua briseis. niueo colore
mouit. achillem
Mouit aiacem. telamone natum
forma captiue dominum tecmesse
arsit atrides medio in triumpho
uirgine rapta
Barbare postquam cecidere turme
thessalo uictore et ademptus hector
tradidit fessis leuiora. tolli
pergama. grais
Nescias an te generum beati
phillidis flaue decorent parentes

Regum certe genus et penates
maeret iniquos.
Crede non illam tibi de scelesta
plebe dilectam neque sic fidelem
sic lucro aversam potuisse nasci
matre pudenda.
Brachia et vultum teretesque suras
integer laudo fuge suspicari
cuius octavum trepidavit aetas
claudere lustrum.

Ad Septimium

Septimi Gadis aditure mecum
et Cantabrum indoctum iuga ferre nostra
et barbaras Syrtes ubi Maura semper
aestuat unda.
Tibur Argeo positum colono
sit meae sedes utinam senectae
sit modus lasso maris et viarum
militiaeque.
Unde si Parcae prohibent iniquae
dulce pellitis ovibus Galesi
flumen et regnata petam Lacono
rura Phalantho.
Ille terrarum mihi praeter omnes
angulus ridet ubi non Hymetto
mella decedunt viridique certat
baca Venafro.
Ver ubi longum tepidasque praebet
Iuppiter brumas et amicus Aulon
fertili Baccho minimum Falernis
invidet uvis.
Ille te mecum locus et beatae
postulant arces ibi tu calentem
debita sparges lacrima favillam
vatis amici.

Licinium alloquitur ne semper
magna temptet

Rectius vives Licini neque altum
semper urgendo neque dum procellas
cautus horrescis nimium premendo
litus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
diligit tutus caret obsoleti
sordibus tecti caret invidenda
sobrius aula.

Saepius ventis agitatur ingens
pinus et celsae graviore casu
decidunt turres feriuntque summos fulgura montes.
Sperat infestis metuit secundis
alteram sortem bene praeparatum
pectus informes hiemes reducit Iuppiter idem
submovet non si male nunc et olim
sic erit quondam cithara tacentem
suscitat musam neque semper arcum tendit Apollo.
Rebus angustis animosus atque
fortis appare sapienter idem
contrahes vento nimium secundo turgida vela.

Ad Pompeium Grosphum

Otium divos rogat in patenti
prensus Aegaeo simul atra nubes
condidit lunam neque certa fulgent sidera nautis.
Otium bello furiosa Thrace
otium Medi pharetra decori Grosphe
non gemmis neque purpura venale neque
auro. Non enim gazae neque consularis
summovet lictor miseros tumultus
mentis et curas laqueata circum tecta volantes.
Vivitur parvo bene cui paternum
splendet in mensa tenui salinum
nec leves somnos timor aut cupido sordidus aufert.
Quid brevi fortes iaculamur aevo
multa quid terras alio calentes
sole mutamus patriae quis exsul se quoque fugit.
Scandit aeratas vitiosa naves
cura nec turmas equitum relinquit
ocior cervis et agente nimbos ocior Euro.
Laetus in praesens animus quod ultra est
oderit curare et amara lento
temperet risu nihil est ab omni parte beatum.
Abstulit clarum cita mors Achillem
longa Tithonum minuit senectus
et mihi forsan tibi quod negarit porriget hora.
Te greges centum Siculaeque circum
mugiunt vaccae tibi tollit hinnitum
apta quadrigis equa te bis Afro murice
tinctae vestiunt lanae mihi parva rura et
spiritum Graiae tenuem Camenae
Parca non mendax dedit et malignum spernere vulgus.

Ad Mercurium

Mercuri nam te docilis magistro
movit Amphion lapides canendo
tuque testudo resonare septem
callida nervis
nec loquax olim neque grata nunc et
divitum mensis et amica templis
dic modos Lyde quibus obstinatas
applicet aures

Ad populum romanum

Herculis ritu m̄ dict̄ o plebs

Lent albescen. Animos capillus

Ad faunum deum

Faune nymphar̄ fugientiū amator

Ad pyrrhum

Ad galateam propemtice

Nec uaga cornix

Sed uides quanto trepidet tumultu
pronus orion. ego quid sit ater
Hadrie noui sinus. et quid albus peccet iapyx.
Hostium uxores puerique cecos
sentiant motus orientis austri et
equoris nigri fremitum. et trementes uerbere ripas.
Sic et europe niueum doloso
credidit tauro latus. et scatentem
beluis pontum mediasque fraudes palluit audax.
Nuper in pratis studiosa florum et
debite nymphis opifex corone
Nocte sublustri nichil astra. preter uidit et undas
que simul. centum tetigit potentem
oppidis cretem. a pater o relictum
filie nomen pietasque dixit uicta furore
Unde quo ueni? leuis una morte
uirginum culpa. uigilans ne ploro
turpe commissum. an uitiis carentem ludit imago
Vanaque porta fugiens eburna
somnium ducit? melius ne fluctus
ire per longos fuit an recentes carpere flores?
Si quis infamem mihi nunc iuuencum
dedat iratę lacerare ferro et
frangere enitar modo multum amati cornua monstri.
Impudens liqui patrios penates
impudens orcum moror. o deorum
si quis hec audis utinam inter errem nuda leones.
Antequam turpis macies decentes
occupet malas tenereque sucus
defluat prede speciosa quero pascere tigres
Uilis europe pater urget absens
quid mori cessas? potes hac ab orno
pendulum zona bene te secuta ledere collum
Siue te rupes et acuta leto
saxa delectant age te procelle
crede ueloci nisi erile mauis carpere pensum
Regius sanguis dominęque tradi
barbare pelex. aderat querenti
perfidum ridens uenus et remisso filius arcu
Mox ubi lusit satis abstineto
dixit irarum calideque rixe
cum tibi inuisus laceranda reddet cornua taurus
Uxor inuicti iouis esse nescis
mitte singultus bene ferre magnam
disce fortunam tua sectus orbis nomina ducet.

AD IULUM ANTONIUM ULTIMOS POETAS

Pindarum quisquis studet emulari
Iule ceratis ope dedalea
nititur pinnis uitreo daturus nomina ponto
Monte decurrens uelut amnis imbres
quem super notas aluere ripas
feruet immensusque ruit profundo pindarus ore
Laurea donandus apollinari
seu per audaces noua dithyrambos
uerba deuoluit numerisque fertur lege solutis
Seu deos regesque canit deorum
sanguinem per quos cecidere iusta
morte centauri cecidit tremende flamma chimere
Siue quos elea domum reducit
palma celestes pugilemue equumue
dicit et centum potiore signis munere donat
Flebili sponse iuuenemue raptum
plorat et uires animumque moresque
aureos educit in astra nigroque inuidet orco
Multa dirceum leuat aura cygnum
tendit antoni quotiens in altos
nubium tractus ego apis matine more modoque
grata carpentis thima per laborem
plurimum circa nemus uuidique
tiburis ripas operosa paruus carmina fingo
Concines maiore poeta plectro
cesarem quandoque trahet feroces
per sacrum cliuum merita decorus fronde sicambros
quo nichil maius meliusue terris
fata donauere bonique diui
nec dabunt quamuis redeant in aurum tempora priscum
Concines letosque dies et urbis
publicum ludum super impetrato
fortis augusti reditu forumque litibus orbum
Tum meę si quid loquar audiendum
uocis accedet bona pars et o sol
pulcher o laudande canam recepto cesare felix
teque dum procedis io triumphe
non semel dicemus io triumphe
ciuitas omnis dabimusque diuis tura benignis
Te decem tauri totidemque uacce
me tener soluet uitulus relicta
matre qui largis iuuenescit herbis in mea uota
fronte curuatos imitatus ignes
tertium lune referentis ortum
qua notam duxit niueus uideri cetera fuluus

APOLLINIS LAUDEM REFERT. QUEM
SERUAUIT ENEAM. DUCTOREM
ORIGINIS ROMANE PROSEQUITUR
TETRA COLOS

Diue quem proles niobea magne
uindicem lingue tityosque raptor
sensit et troie prope uictor alte phthius achilles
ceteris maior tibi miles impar
filius quamuis thetidis marine et pugnax
dardanas turres quateret tremenda cuspide

Ille mordaci uelut icta ferro
pinus aut impulsa cupressus euro
procidit late posuitque collum in puluere teucro
Ille non inclusus equo mineruae
Sacra mentito male feriatos
Troas et laetam priami choreis falleret aulam
Sed palam captis grauis heu nefas heu
nescios fari pueros achiuis
ureret flammis etiam latentem matris in aluo
Ni tuis uictus uenerisque gratae
uocibus diuum pater adnuisset
rebus aeneae potiore ductos alite muros
Doctor argiuae fidicen thaliae
phoebe qui xantho lauis amne crines
dauniae defende decus camenae leuis agyieu
Spiritum phoebus mihi phoebus artem
carminis nomenque dedit poetae
uirginum primae puerique claris patribus orti
Deliae tutela deae fugaces
lyncas et ceruos cohibentis arcu
lesbium seruate pedem meique pollicis ictum
Rite latonae puerum canentes
rite crescentem face noctilucam
prosperam frugum celeremque pronos uoluere menses
Nupta iam dices ego dis amicum
saeculo festas referente luces
reddidi carmen docilis modorum uatis horati

AD MANLIUM TORQUATUM DE MORTALITATE REFERT HOMINA MUTABILI MOMENTO TEMPORIS. PARAENETICE DICOLOS. METRUM HEROICUM PRIMUS UERSUS, SECUNDUS. FUIT TRIPODIA HEROICA ET CAESURA EPTEMEMERE.

Diffugere niues redeunt iam gramina campis
arboribusque comae
Mutat terra uices et decrescentia ripas
flumina praetereunt
Gratia cum nymphis geminisque sororibus audet
ducere nuda choros
Inmortalia ne speres monet annus et almum
quae rapit hora diem
Frigora mitescunt zephyris uer proterit aestas
interitura simul
Pomifer autumnus fruges effuderit et mox
bruma recurrit iners
Damna tamen celeres reparant caelestia lunae
Nos ubi decidimus
Quo pius aeneas quo tullus diues et ancus
puluis et umbra sumus
Quis scit an adiciant hodiernae crastina summae
tempora di superi
Cuncta manus auidas fugient heredis amico
quae dederis animo
Cum semel occideris et de te splendida minos
fecerit arbitria
Non torquate genus non te facundia non te
restituet pietas
Infernis neque enim tenebris diana pudicum
liberat hippolytum
Nec lethaea ualet theseus abrumpere caro
uincula pirithoo

AD CENSORINUM COMPARATIO POETICE DIGNITATIS SIMUL AC UIRTUTIS ENCOMASTICE. MONOCOLOS METRUM ARCHILOCHIUM.

Donarem pateras grataque commodus
censorine meis aera sodalibus
donarem tripodas praemia fortium
graiorum neque tu pessima munerum
ferres diuite me scilicet artium
quas aut parrhasius protulit aut scopas
hic saxo liquidis ille coloribus
Sollers nunc hominem ponere nunc deum
sed non haec mihi uis non tibi talium
res est aut animus deliciarum egens
Gaudes carminibus carmina possumus
donare et pretium dicere muneri
Non incisa notis marmora publicis
per quae spiritus et uita redit bonis
post mortem ducibus non celeres fugae
reiectaeque retrorsum hannibalis minae
Non incendia karthaginis impiae — in scipio africano
eius qui domita nomen ab africa
lucratus rediit clarius indicant
laudes quam calabrae pierides neque
si chartae sileant quod bene feceris
mercedem tuleris quid foret iliae
Mauortisque puer si taciturnitas
obstaret meritis inuida romuli
Ereptum stygiis fluctibus aeacum
uirtus et fauor et lingua potentium
uatum diuitibus consecrat insulis
Dignum laude uirum musa uetat mori
Caelo musa beat sic iouis interest
optatis epulis impiger hercules

clarum tyndaridae sidus ab infimis
quassas eripiunt aequoribus rates
ornatus viridi tempora pampino
liber vota bonos ducit ad exitus

AD PHYLLAM DE DIE NATALIS SUI
simul et maecenatis quem fratribus suis praefert
EROTICE TETRACOLOS

Est mihi nonum superantis annum
plenus albani cadus est in horto
phylli nectendis apium coronis est hederae vis
Cuncta festinat manus huc et illuc
cursitant mixtae pueris puellae
sordidum flammae trepidant rotantes vertice fumum
Multa qua crines religata fulges
ridet argento domus ara castis
vincta verbenis avet immolato spargier agno
Ut tamen noris quibus advoceris
gaudiis idus tibi sunt agendae
qui dies mensem veneris marinae findit aprilem
Iure sollemnis mihi sanctiorque
pene natali proprio quod ex hac
luce maecenas meus adfluentes ordinat annos
Telephum quem tu petis occupavit
non tuae sortis iuvenem puella
dives et lasciva tenetque grata compede vinctum
Terret ambustus phaeton avaras
spes et exemplum grave praebet ales
pegasus terrenum equitem gravatus bellerofon
Semper ut te digna sequare et ultra
quam licet sperare nefas putando
disparem vites age iam meorum finis amorum
Non enim posthac alia calebo
femina condisce modos amanda
voce quos reddas minuentur atrae carmine curae

VERIS DESCRIPTIO AD VIRGILIUM
quod tempus in mortalibus
sit gratissimum PARAENETICE
TETRACOLOS metris tribus unus
archilochius quartus glyconius

Iam veris comites quae mare temperant
impellunt animae lintea thraciae
iam nec prata rigent nec fluvii strepunt
hiberna nive turgidi
Nidum ponit ityn flebiliter gemens
infelix avis et cecropiae domus
aeternum opprobrium quod male barbaras
regum est ulta libidines
Dicunt in tenero gramine pinguium
custodes ovium carmina fistula
delectantque deum cui pecus et nigri
colles arcadiae placent
Adduxere sitim tempora virgili
sed pressum calibus ducere liberum
si gestis iuvenum nobilium cliens
nardo vina merebere
Nardi parvus onyx eliciet cadum
qui nunc sulpiciis accubat horreis
spes donare novas largus amaraque
curarum eluere efficax
Ad quae si properas gaudia cum tua
velox merce veni non ego te meis
immunem meditor tingere poculis
plena dives ut in domo
Verum pone moras et studium lucri
nigrorumque memor dum licet ignium
misce stultitiam consiliis brevem
dulce est desipere in loco

DE SALUTE DICTUM AD CAESAREM SOLLICITOS
PATRES AD PLEBEM ENCOMIASTI
CE TETRACOLOS

Quae cura patrum quaeve quiritium.. duobus
asclepiadeis alcaicum tertius dimetrum
et catalecticum quartus pindaricum..
Quae cura patrum quaeve quiritium
plenis honorum muneribus tuas
auguste virtutes in aevum
per titulos memoresque fastus et cetera

Q HORATII FLACCI CARMINUM LI
B IIII EXPLICIT INCIPIT
EPODON FELICITER AD
MAECENATEM

Ibis liburnis inter alta navium
amice propugnacula.. iambicum metrum trimetrum dimetrum
primus versus est trimeter secundus dimeter. cuius est tetra
metrum dimetrum qui et epodos dicitur uno
pede minor.. INCIPIT LIB QUINTUS

Ibis liburnis inter alta navium
amice propugnacula

EPODON

Paratus omne cesaris periculum
subire mecenas tuo
quid nos quibus te uita si superstite
iucunda si contra grauis
Utrumne iussi persequemur otium
non dulce ni tecum simul
Uita agricolarum
summa tranquillitate
Rerum ... praeferr
... lambicum metrum ...

Beatus ille qui procul negotiis
ut prisca gens mortalium
paterna rura bobus exercet suis
solutus omni fenore
neque excitatur classico miles truci
neque horret iratum mare
forumque uitat et superba ciuium
potentiorum limina
Ergo aut adulta uitium propagine
altas maritat populos
aut in reducta ualle mugientium
prospectat errantes greges
inutilesque falce ramos amputans
feliciores inserit
aut pressa puris mella condit amphoris
aut tondet infirmas oues
uel cum decorum mitibus pomis caput
autumnus agris extulit
ut gaudet insitiua decerpens pira
certantem et uuam purpurae
qua muneretur te priape et te pater
Siluane tutor finium
Libet iacere modo sub antiqua ilice
modo in tenaci gramine
Labuntur altis interim ripis aquae
queruntur in siluis aues
frontesque lymphis obstrepunt manantibus
somnos quod inuitet leues
At cum tonantis annus hibernus
imbres niuesque comparat
aut trudit acris hinc et hinc multa cane
apros in obstantes plagas

aut amite leui rara tendit retia
turdis edacibus dolos
pauidumque leporem et aduenam laqueo gruem
iucunda captat praemia et cetera

Execratur per apostropham maecenatem
alium ederat et ...
metrum per ...
Parentis olim si quis impia manu
senile guttur fregerit
Edit cicutis alium nocentius
herbas · dura · messorum ilia
Quid hoc ueneni saeuit in praecordiis
Num uiperinus his cruor
Incoctus herbis me fefellit
Canidia · tractauit · dapes · et cetera

EPODON: bello aduersus antonium
et cleopatram designat
uotis uictoriam cesaris
Quando repostum cecubum ad festas dapes
uictore laetus cesare
Tecum sub alta sic ioui gratum domo
beate mecenas bibam
Sonante mixtum tibiis carmen lyra
hac dorium illis barbarum
Ut nuper actus cum freto neptunius
dux · fugit ustis nauibus
minatus urbi uincla quae detraxerat
seruis amicus perfidis
romanus eheu posteri · negabitis
emancipatus feminae

metrum per ... Meuium sibi meuium
deuouet ut horrendis premeretur
tempestatibus
Mala soluta nauis exit alite
ferens olentem meuium
Ut horridis utrumque uerberes latus
Auster memento fluctibus
niger rudentes eurus inuerso mari

fractos quis remos differat
insurgat aquilo quantus altis montibus
frangit trementis ilices
nec sidus atra nocte amicum appareat
qua tristis orion cadit
quietiore nec feratur aequore
quam graia victorum manus
cum pallas usto vertit iram ab ilio
in impiam aiacis ratem
o quantus instat navitis sudor tuis
tibique pallor luteus
et illa non virilis eiulatio
opima quod si praeda curvo litore
porrecta mergos iuverit
libidinosus immolabitur caper
et agna tempestatibus

[illegible]

Petti nihil me sicut antea iuvat
scribere versiculos amore percussum gravi
[illegible]

[illegible]

Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris
munera quid mihi quidve tabellas
mittis nec firmo iuveni neque naris obesae
namque sagacius unus odoror
polypus an gravis hirsutis cubet hircus in alis
quam canis acer ubi lateat sus

amicorum [illegible]
[illegible]

Horrida tempestas caelum contraxit et imbres
nivesque deducunt iovem nunc mare nunc siluae
threicio aquilone sonant rapiamus amici
occasionem de die dumque virent genua
et decet obducta solvatur fronte senectus
tu vina torquato move consule pressa meo
cetera mitte loqui deus haec fortasse benigna
reducet in sedem vice nobilis ut grandi
[illegible]

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
oblivionem sensibus
pocula lethaeos ut si ducentia somnos
arente fauce traxerim
candide maecenas occidis saepe rogando
deus deus nam me vetat
inceptos olim promissum carmen iambos
ad umbilicum adducere
[illegible]

N elaboratum adpede
Ureris ipse miser quod si non pulchrior ignis
accendit obsessam ilion
Gaude sorte tua me libertina nec uno
contenta phryne macerat
Neera est amica sua alloquitur periuram
quae se decepta in dicit (?)
sperio amore in alium transtulit
se quem negat perpetuum futurum
metro per strius & reno
Nox erat et celo fulgebat luna sereno
Alcmanium (?) inter minora sidera
Cum tu magnorum numen lesura deorum
in uerba iurabas mea
artius atque hedera procera astringitur ilex
lentis adherens brachiis
Dum pecori lupus et nautis infestus orion
turbaret hibernum mare & pillos
intonsosque agitaret apollinis aura capillos
fore hunc amorem mutuum
O dolitura mea multum uirtute neera
Nam si quid in flacco uiri est
Non feret assiduas potiori te dare noctes
et quaeret iratus parem
Nec semel offense cedet constantia forme
si certus intrarit dolor
et tu quicumque es felicior atque meo nunc
superbus incedis malo
Sis pecore et multa diues tellure licebit
tibique pactolus fluat
Nec te pithagore fallant arcana renati
formaque uincas nerea
Eheu eheu translatos alio merebis amores
ast ego uicissim risero..
Altera uice Erod. altera iam
bico scripta est. ubi horatius
rei p. deflet fortunam. primus uersus
heroicus est. iambicus trimeter
Altera iam teritur bellis ciuilibus etas
suis et ipsa roma uiribus ruit
quam neque finitimi ualuerunt perdere marsi
minacis aut etrusca porsenne manus
emula nec uirtus capue nec spartacus
acer

Nouisque rebus infidelis allobrox
Nec fera cerulea domuit germania pube
parentibusque abominatus hannibal
Impia perdemus deuoti sanguinis etas
ferisque rursus occupabitur solum
barbarus heu cineres insistet uictor et urbem
eques sonante uerberabit ungula
quaeque carent uentis et solibus ossa quirini
nefas uidere dissipabit insolens
forte quid expediat communiter aut melior pars
malis carere queritis laboribus
Nulla sit hac potior sententia phoceorum
uelut profugit execrata ciuitas & fana
agros atque lares patrios habitandaque
apris reliquit et rapacibus lupis
ire pedes quocumque ferent quocumque per undas
Notus uocabit aut proteruus africus
Heu contra domum pigeat dare lintea quando
Padus matina lauerit cacumina
in mare seu celsus procurrerit appenninus
nouaque monstra iunxerit libidine
mirus amor iuuet ut tigres subsidere ceruis
Credula nec rauos timeant armenta leones
ametque salsa leuis hircus equora
haec et quae poterunt reditus abscindere dulces
eamus omnis execrata ciuitas
aut pars indocili melior grege mollis et exspes
inominata perprimat cubilia & luctum
uos quibus est uirtus muliebrem tollite
Adulteretur et columba miluo
Etrusca praeter et uolate litora
Nos manet oceanus circumuagus arua beata
petamus arua diuites et insulas xanthus (?)
Reddit ubi cererem tellus inarata quotannis
et imputata floret usque uinea
germinat et numquam fallentis termes oliue
suamque pulla ficus ornat arborem
mella caua manant ex ilice montibus altis
leuis crepante lympha desilit pede
illic iniussae ueniunt ad mulctra capelle
refertque tenta grex amicus ubera
nec uespertinus [illegible] ouile
pluraque felices mirabimur ut neque largis
aquo[illegible]

et agris eurus arva radat imbribus
pingui nec siccis urantur semina glebis
utrumque rege temperante caelitum
Non huc argoo contendit remige pinus
Neque impudica colchis intulit pedem
Non huc sidonii torserunt cornua nautae
Laboriosa nec cohors ulixei
Nulla nocent pecori contagia nullius astri
gregem aestuosa torret impotentia
Iuppiter illa piae secrevit litora genti
ut inquinavit aere tempus aureum quorum
aere dehinc ferro duravit saecula
piis secunda vate me datur fuga

Negat Canidia sibi reconciliari ideo quam veneficia ad eius vulgaverit earum labores

Quid obseratis auribus fundis preces
non saxa nudis surdiora navitis
neptunus alto tundit hibernus salo
inultus ut tu riseris cotyttia
vulgata sacrum liberi cupidinis
et esquilini pontifex venefici
impune ut urbem nomine impleris meo
quid proderat ditasse pelignas anus
velociusve miscuisse toxicum
sed tardiora fata te votis manent
ingrata misero vita ducenda est in hoc
Novis ut usque suppetas laboribus
optat quietem pelopis infidi pater
egens benignae tantalus semper dapis
optat prometheus obligatus aliti
optat supremo collocare sisyphus
in monte saxum sed vetant leges iovis
voles modo altis desilire turribus
modo ense pectus norico recludere
frustraque vincla gutturi innectes tuo
fastidiosa tristis aegrimonia
vectabor humeris tunc ego inimicis eques
meaeque terra cedet insolentiae
an quae movere cereas imagines
et ipse curiosus nosti polo
deripere lunam vocibus possim meis
possim crematos excitare mortuos
desiderique temperare pocula
plorem artis in te nil agentis exitus

Q. Horatii Flacci Epodon explicit. Carmen Seculare feliciter. Quod patrimi et matrimi cantaverunt ad chorum puerorum puellarumque

saphic. Phoebe silvarumque potens diana
Lucidum caeli decus o colendi
semper et culti date quae precamur
tempore sacro
Quo sibyllini monuere versus
virgines lectas puerosque castos
dis quibus septem placuere colles
dicere carmen
Alme sol curru nitido diem qui
promis et celas aliusque et idem
Nasceris possis nihil urbe roma
visere maius
Rite maturos aperire partus
lenis ilithyia tuere matres
sive tu lucina probas vocari
seu genitalis
Diva producas subolem patrumque
prosperes decreta super iugandis
feminis prolisque novae feraci lege marita
Certus undenos decies per annos
orbis ut cantus referatque ludos
ter die claro totiensque grata
nocte frequentes
Vosque veraces cecinisse parcae
quod semel dictum est stabilisque rerum
terminus servet bona iam peractis
iungite fata
Fertilis frugum pecorisque tellus
spicea donet cererem corona
nutriant fetus et aquae salubres
et iovis aurae

De arte poetica

Condito mitis placidusque telo
supplices audi pueros apollo
siderum regina bicornis audi luna puellas
Roma si uestrum est opus iliaeque
litus etruscum tenuere turmae cursu
iussa pars mutare lares et urbem sospite
Cui per ardentem sine fraude troiam
castus aeneas patriae superstes
liberum muniuit iter daturus plura relictis
Di probos mores docili iuuentae
di senectuti placidae quietem omne
romulae genti date remque prolemque et decus
Quaeque uos bubus ueneratur albis
clarus anchisae uenerisque sanguis
impetret bellante prior iacentem
lenis in hostem
Iam mari terraque manus potentes
medus albanasque timet secures
iam fides et pax et honor pudorque
iam scythae responsa petunt superbi
nuper et indi
Iam fides et pax et honor pudorque
priscus et neglecta redire uirtus
audet apparetque beata pleno
copia cornu
Augur et fulgente decorus arcu
phoebus acceptusque nouem camenis
qui salutari leuat arte fessos
corporis artus
Si palatinas uidet aequus arces
remque romanam latiumque felix
alterum in lustrum meliusque semper
prorogat aeuum
Quaeque auentinum tenet algidumque
quindecim diana preces uirorum
curat et uotis puerorum amicas
applicat auris
Haec iouem sentire deosque cunctos
spem bonam certamque domum reporto
doctus et phoebi chorus et dianae
dicere laudes

De libro primo carminum
Ad uarum quintilium

metrum coriambicum respondet trimb; com
ambis et pirrichio et iambo siue phaleucium
Nullam uare sacra uite prius seueris arborem
circa mite solum tiburis et moenia catili
siccis omnia nam dura deus proposuit neque
mordaces aliter diffugiunt sollicitudines
quis post uina grauem militiam aut pauperiem crepat
quis non te potius bacche pater teque decens uenus
ac ne quis modici transiliat munera liberi
centaurea monet cum lapithis rixa super mero
debellata monet sithoniis non leuis euhius
cum fas atque nefas exiguo fine libidinum
discernunt auidi non ego te candide bassareu
inuitum quatiam nec uariis obsita frondibus
sub diuum rapiam saeua tene cum berecyntio
cornu tympana quae subsequitur caecus amor sui
et tollens uacuum plus nimio gloria uerticem
arcanique fides prodiga perlucidior uitro

Ad uirgilium maronem · metrum

tribus uersibus asclepiadeum quartum glico
nius
Quis desiderio sit pudor aut modus
tam cari capitis praecipe lugubres
cantus melpomene cui liquidam pater
uocem cum cithara dedit
ergo quintilium perpetuus sopor
urget cui pudor et iustitiae soror
incorrupta fides nudaque ueritas
quando ullum inueniet parem
multis ille bonis flebilis occidit
nulli flebilior quam tibi uirgili
tu frustra pius heu non ita creditum
poscis quintilium deos
quid si threicio blandius orpheo
auditam moderere arboribus fidem
num uanae redeat sanguis imagini
quam uirga semel horrida
non lenis precibus fata recludere
nigro compulerit mercurius gregi

durum sed levius fit patientia
quidquid corrigere est nefas

ADLIDIA. saphicum endecasillabum

Parcius iunctas quatiunt fenestras
iactibus crebris iuvenes protervi
nec tibi somnos adimunt amatque
ianua limen
quae prius multum facilis movebat
cardines audis minus et minus iam
me tuo longas pereunte noctes
Lidia dormis
invicem moechos anus arrogantes
flebis in solo levis angiportu
Tracio bacchante magis sub inter
lunia vento
cum tibi flagrans amor et cupido
quae solet matres furiare equorum
saeviet circa iecur ulcerosum
non sine questu
laeta quod pubes hedera virenti
gaudeat pulla magis atque myrto
aridas frondes hiemis sodali
dedicet Hebro

ADLIDIAM meretricem

metrum coriambicum constat ex coriambo et bachio lidia dic per omnes ...

Lidia dic per omnes
hos deos vere Sybarin cur properas amando
perdere cur apricum
oderit campum patiens pulveris atque solis
cur neque militaris
inter aequales equitat Gallica nec lupatis
temperat ora frenis cur olivum
cur timet flavum Tiberim tangere cur
sanguine viperino
cautius vitat neque iam livida gestat armis
bracchia saepe disco
saepe trans finem iaculo nobilis expedito
quid latet ut marinae
filium dicunt Thetidis sub lacrimosa Troiae
funera ne virilis
cultus in caedem et Lycias proriperet catervas

AD LYDIAM ...

CUM TU LIDIA TELEPHI
cervicem roseam cerea Telephi
laudas bracchia vae meum
fervens difficili bile tumet iecur
tunc nec mens mihi nec color
certa sede manet umor et in genas
furtim labitur arguens
quam lentis penitus macerer ignibus
uror seu tibi candidos
turparunt umeros inmodicae mero
rixae sive puer furens
impressit memorem dente labris notam
non si me satis audias
speres perpetuum dulcia barbare
laedentem oscula quae Venus
quinta parte sui nectaris imbuit
felices ter et amplius
quos inrupta tenet copula nec malis
divulsus querimoniis
suprema citius solvet amor die

AD REM PUBLICAM TETRACOLOS

metrum ...

O navis referent in mare te novi
fluctus o quid agis fortiter occupa
portum nonne vides ut
nudum remigio latus
et malus celeri saucius Africo
antemnaeque gemant ac sine funibus
vix durare carinae
possint imperiosius
aequor non tibi sunt integra lintea
non di quos iterum pressa voces malo
quamvis Pontica pinus
silvae filia nobilis
iactes et genus et nomen inutile
nil pictis timidus navita puppibus
fidit tu nisi ventis
debes ludibrium cave

Nunc sollicitum quae mihi taedium
Nunc desiderium curaque non levis
interfusa nitentes
vites aequora Cycladas

Ad Alexandrum Paridem metrum
tribus unius asclepiadeum quartum glyconium

Pastor cum traheret per freta navibus
Idaeis Helenen perfidus hospitam
ingrato celeres obruit otio
ventos ut caneret fera
Nereus fata mala ducis avi domum
quam multo repetet Graecia milite
coniurata tuas rumpere nuptias
et regnum Priami vetus
Heu heu quantus equis quantus adest viris
sudor quanta moves funera Dardanae
genti iam galeam Pallas et aegida
currusque et rabiem parat
Nequiquam Veneris praesidio ferox
pectes caesariem grataque feminis
imbelli cithara carmina divides
nequiquam thalamo graves
hastas et calami spicula Cnosii
vitabis strepitumque et celerem sequi
Aiacem tu heu serus adulteros
iracunda diem proferet Ilio
matronisque Frigum classis Achillei
post certas hiemes uret Achaicus
ignis Iliacas domos — Helena filia Tindari

Ad Tyndaridem metrum duobus
unius alcaicum constat spondeo iambo
cesura iambica penthemimere et duobus dactilis
tertium dimetrum iambicum hypercatalecticum quartum pindaricum

O matre pulchra filia pulchrior
quem criminosis cumque voles modum
pones iambis sive flamma
sive mari libet Hadriano
Non Dindimene non adytis quatit
mentem sacerdotum incola Pythius
non Liber aeque non acuta
sic geminant Corybantes aera
tristes ut irae quas neque Noricus
deterret ensis nec mare naufragum
nec saevus ignis nec tremendo
Iuppiter ipse ruens tumultu
Fertur Prometheus addere principi
limo coactus particulam undique

Ad eandem meretricem
metrum duobus unius alcaicum tertium dimetrum
iambicum hypercatalecticum quartum pindaricum

Velox amoenum saepe Lucretilem
mutat Lyceo Faunus et igneam
defendit aestatem capellis
usque meis pluviosque ventos
Impune tutum per nemus arbutos
quaerunt latentes et thyma deviae
olentis uxores mariti
Nec virides metuunt colubras
nec Martiales haediliae lupos
utcumque dulci Tyndari fistula
valles et Usticae cubantis
levia personuere saxa
Di me tuentur dis pietas mea
et musa cordi est hinc tibi copia
hic in reducta valle caniculae
vitabis aestus et fide Teia
dices laborantes in uno
Penelopen vitreamque Circen
hic innocentis pocula Lesbii
duces sub umbra nec Semeleius
cum Marte confundet Thyoneus
proelia nec metues protervum
suspecta Cyrum ne male dispari
incontinentes iniciat manus
et scindat haerentem coronam
crinibus immeritamque vestem

Ad puerum suum de Glycere
meretrice metrum
glyconium primum tertium asclepiadeum

Mater saeva Cupidinum et Semeles puer
Thebanaeque iubent me Semeles puer
et lasciva Licentia
finitis animum reddere amoribus
Urit me Glycerae nitor
splendentis Pario marmore purius
urit grata protervitas
et vultus nimium lubricus aspici
In me tota ruens Venus
Cyprum deseruit nec patitur Scythas
libenda puerum ponite turaque
mactata veniet lenior hostia

Ad chorum virginum et puerorum
metrum duobus unius asclepiadeum tertium ferecratium
quartum glyconium

Dianā tenere dicite uirgines
Intonsū pueri dicite cinthiū
Latonāq; supremo
dilectā penit; ioui
Uos leta fluuiis 7 nemorū coma
quecūq; aut gelido prominet algido
Nigris aut erimanthi
siluis aut uiridis gragi
Uos tempe totidē tollite laudibus
natalēq; mares delon. apollinis
insignēq; pharetra
fraternaq; humerū lyra
Hic bellū lacrimosū hic miserā famē
pestēq; a populo 7 principe cesare. In
persas atq; britannos
uestra motus aget prece..

Ad . CLOEN

Uitas inuleo me similis chloe
querenti pauidā montibus auiis
matrē n sine uano
aurarū 7 silue metu
Nā seu mobilib; ueris inhorruit
aduentus foliis seu uirides rubū
dimouere lacerte
7 corde 7 genib; tremit
Atq; n ego te tigris ut aspera
getulus ue leo frangere psequor
tandē desine matrē
tempestiua sequi uiro

Ad musas de celio lamia

Musis amicus tristitiā 7 metus
tradā proteruis in mare creticū
portare uentis quis sub arcto
rex gelide metuat ore
quid tiridatē terreat unice securus
apricos necte flores
necte meo lamie corona
Piplea dulcis nil sine te mei
psunt honores hunc fidib; nouis
hunc lesbio sacrare plectro
Teq; tuasq; decet sorores

Ad sodales

Natis in usum letitie sciphis
pugnare thracū ē. tollite barbarū
morē uerecundūq; bacchū
sanguineis phibete rixis
uino 7 lucernis medus acinacis
inmane quantū discrepat. impiū
lenite clamorē sodales
7 cubito remanete presso
uultis seueri me quoq; sumere
partē falerni dicat opuntie
frater megille quo beatus uulnere qua pereat sagitta
cessat uoluntas n alia bibā
mercede. que te cūq; domat uenus
n erubescendis adurit ignib; ingenuoq; semp
amore peccas quicquid habes age
depone tutis auribus. a miser quanta laborabas charibdi digne puer meliore flamma
Que saga quis te soluere thessalis
magus uenenis quis poterit deus uix illigatū te triformi pegasus expediet chimera

Ad archita tarentinum

Te maris 7 terre numeroq; carentis harene
mensorē cohibent archita
Pulueris exigui prope litus parua matinū
munera nec tibi quicquam prodest
aerias temptasse domos animoq; rotundū
percurrisse polū morituro
Occidit 7 pelopis genitor conuiua deorū
tithonusq; remotus in auras
7 iouis arcanis minos admissus habentq;
Tartara panthoiden iterū orco
demissū quāuis clipeo troiana refixo
tempora testatus nil ultra
Neruos atq; cutē morti concesserat atre
iudice te n sordidus auctor
nature uerique. S; omnes una manet nox
7 calcanda semel uia leti
Dant alios furie toruo spectacula marti
exitio ē auidū mare nautis. Exta nullū
mixta senū ac iuuenū densentur funera
seua caput proserpina fugit
Me quoque deuexi rapidus comes orionis

illyricis notus obruit undis. At tu nauta
uage ne parce malignus ha
ossibus et capiti inhumato
particulam dare sic quodcumque minabitur eurus
fluctibus hesperiis uenusine
plectantur silue te sospite multaque merces
unde potest tibi defluat equo
ab ioue neptunoque sacri custode tarenti
neglegis inmeritis nocituram
postmodo te natis fraudem committere forsan
debita iura uicesque superbe
te maneant ipsum precibus non linquar inultis
teque piacula nulla resoluent
quamquam festinas non est mora longa licebit
iniecto ter puluere curras. Ad iccium
metrum duobus uersibus alcaicum tetrametrum dimetrum noue
narium iambicum ypercatalecticum quartum pindaricum

Icci beatis nunc arabum inuides
gazis et acrem militiam paras
non ante deuictis sabee
regibus horribilique medo
nectis catenas que tibi uirginum
sponso necato barbara seruiet

Ad uenerem saphicum

O uenus regina cnidi paphique
sperne dilectam cyprom et uocantis
ture te multo glicere decoram
transfer in edem
feruidus tecum puer et solutis
gratie zonis properentque nymphe
et parum comis sine te iuuentas
mercuriusque

Ad apollinem metrum duobus
uersibus alcaicum tetrametrum dimetrum nouenarium iam
bicum quartum pindaricum

Quid dedicatum poscit apollinem
uates quid orat de patera nouum
fundens liquorem non opime
sardinie segetes feraces
non estuose grata calabrie
armenta non aurum aut ebur indicum
non rura que liris quieta
mordet aqua taciturnus amnis
premunt calena falce quibus dedit
fortuna uitem diues et aureis
mercator exsiccet culillis
uina syra reparata merce
dis carus ipsis quippe ter et quater
anno reuisens equor atlanticum
impune me pascunt oliue
me cicorea leuesque malue
frui paratis et ualido mihi
latoedones et precor integra
cum mente nec turpem senectam
degere nec cithara carentem

Ad fortunam metrum duobus
uersibus alcaicum tetrametrum dimetrum nouenarium iambicum
quartum pindaricum

O diua gratum que regis antium
presens uel imo tollere de gradu
mortale corpus uel superbos
uertere funeribus triumphos
te pauper ambit sollicita prece
ruris colonus te dominam equoris
quicumque bithyna lacessit
carpatium pelagus carina
te dacus asper te profugi scythe
urbesque gentesque et latium ferox
regumque matres barbarorum et
purpurei metuunt tyranni
iniurioso ne pede proruas
stantem columnam neu populus frequens
ad arma cessantes ad arma
concitet imperiumque frangat
te semper anteit serua necessitas
clauos trabales et cuneos manu
gestans aena nec seuerus
uncus abest liquidumque plumbum
te spes et albo rara fides colit
uelata panno nec comitem abnegat
utcumque mutata potentis
ueste domos inimica linquis
at uulgus infidum et meretrix retro
periura cedit diffugiunt cadis

cap. li. i.

... siccatis amici ferre iugum pariter dolosi. Serves iturum Caesarem in ultimos orbis Britannos et iuvenum recens examen Eois timendum partibus Oceanoque rubro. Heu heu cicatricum et sceleris pudet fratrumque. Quid nos dura refugimus aetas? quid intactum nefasti liquimus? unde manum iuventus metu deorum continuit? quibus pepercit aris? O utinam nova incude diffingas retusum in Massagetas Arabasque ferrum.

AD NUMIDAM metro primo

Et ture et fidibus iuvat placare et vituli sanguine debito custodes Numidae deos, qui nunc Hesperia sospes ab ultima caris multa sodalibus, nulli plura tamen dividit oscula quam dulci Lamiae, memor actae non alio rege puertiae mutataeque simul togae. Cressa ne careat pulchra dies nota, neu promptae modus amphorae neu morem in Salium sit requies pedum, neu multi Damalis meri Bassum Threicia vincat amystide, neu desint epulis rosae neu vivax apium neu breve lilium. Omnes in Damalin putres deponent oculos, nec Damalis novo divelletur adultero, lascivis hederis ambitiosior.

AD SODALES metro duobus superioribus alcaico endecasillabo et uno pindarico

Nunc est bibendum, nunc pede libero pulsanda tellus, nunc Saliaribus ornare pulvinar deorum tempus erat dapibus, sodales. Antehac nefas depromere Caecubum cellis avitis, dum Capitolio regina dementes ruinas funus et imperio parabat contaminato cum grege turpium morbo virorum, quidlibet impotens sperare fortunaque dulci ebria. Sed minuit furorem vix una sospes navis ab ignibus, mentemque lymphatam Mareotico redegit in veros timores Caesar, ab Italia volantem remis adurgens, accipiter velut molles columbas aut leporem citus venator in campis nivalis Haemoniae, daret ut catenis fatale monstrum; quae generosius perire quaerens nec muliebriter expavit ensem nec latentes classe cita reparavit oras. Ausa et iacentem visere regiam vultu sereno, fortis et asperas tractare serpentes, ut atrum corpore conbiberet venenum, deliberata morte ferocior: saevis Liburnis scilicet invidens privata deduci superbo non humilis mulier triumpho.

Carminum lib. I. Expl.

Incip lib. II. Ad Asinium Pollionem pragmaticae tetracolos

metro alcaico endecasillabo cum duobus aliis et uno pindarico

Motum ex Metello consule civicum bellique causas et vitia et modos ludumque Fortunae gravesque principum amicitias et arma nondum expiatis uncta cruoribus, periculosae plenum opus aleae, tractas et incedis per ignes suppositos cineri doloso. Paulum severae Musa tragoediae desit theatris: mox ubi publicas res ordinaris, grande munus Cecropio repetes cothurno, insigne maestis praesidium reis et consulenti, Pollio, curiae, cui laurus aeternos honores Delmatico peperit triumpho.

Iam nunc minaci murmure cornuum perstringis aures, iam litui strepunt, iam fulgor armorum fugaces terret equos equitumque vultus. Audire magnos iam videor duces non indecoro pulvere sordidos et cuncta terrarum subacta praeter atrocem animum Catonis. Iuno et deorum quisquis amicior Afris inulta cesserat impotens tellure, victorum nepotes rettulit inferias Iugurthae. Quis non Latino sanguine pinguior campus sepulcris impia proelia testatur auditumque Medis Hesperiae sonitum ruinae? Qui gurges aut quae flumina lugubris ignara belli? quod mare Dauniae non decoloravere caedes? quae caret ora cruore nostro? Sed ne relictis, Musa procax, iocis Ceae retractes munera neniae, mecum Dionaeo sub antro quaere modos leviore plectro.

AD DELLIUM metro duobus superioribus alcaico endecasillabo et uno pindarico

Aequam memento rebus in arduis servare mentem, non secus in bonis ab insolenti temperatam laetitia, moriture Delli, seu maestus omni tempore vixeris, seu te in remoto gramine per dies festos reclinatum bearis interiore nota Falerni. Quo pinus ingens albaque populus umbram hospitalem consociare amant ramis? quid obliquo laborat lympha fugax trepidare rivo? Huc vina et unguenta et nimium brevis flores amoenae ferre iube rosae, dum res et aetas et sororum fila trium patiuntur atra. Cedes coemptis saltibus et domo villaque flavus quam Tiberis lavit, cedes, et exstructis in altum divitiis potietur heres. Divesne prisco natus ab Inacho nil interest an pauper et infima

Carm

Lib. II

degente sub dio moriens
uictima. nil miserantis orci
omnes eodem cogimur omnium
uersatur urna. serius ocius
sors exitura et nos in aeternum
exilium impositura cumbae.
Nec propandum ad uirgi
nis. osculum ... ualet
Nondum subacta ferre iu
metro duobus uersibus alcaico tertio iambico
ut supra quartus pindaricus ualet
Nondum subacta ferre iugum
ceruice nondum munia comparis
aequare nec tauri ruentis
in uenerem tolerare pondus
circa uirentes est animus tuae
campos iuuencae nunc fluuiis grauem
solantis aestum nunc in udo
ludere cum uitulis salicto
praegestientis tolle cupidinem
inmitis uuae iam tibi liuidos
distinguet autumnus racemos
purpureo uarius colore
iam te sequetur currit enim ferox
aetas et illi quos tibi dempserit
apponet annos iam proterua
fronte petet lalage maritum
dilecta quantum non pholoe fugax
non chloris albo sic umero nitens
ut pura nocturno renidet
luna mari cnidiusue gyges
quem si puellarum insereres choro
mire sagaces falleret hospites
discrimen obscurum solutis
crinibus ambiguoque uultu
Ad pompeium uarum metro
duobus uersibus alcaicum tertio iambico ut supra
quartus pindaricus

O saepe mecum tempus in ultimum
deducte bruto militiae duce
quis te redonauit quiritem
dis patriis italoque caelo
pompei meorum prime sodalium
cum quo morantem saepe diem mero
fregi coronatus nitentes
malobathro syrio capillos
tecum philippos et celerem fugam
sensi relicta non bene parmula
cum fracta uirtus et minaces
turpe solum tetigere mento
sed me per hostes mercurius celer
denso pauentem sustulit aere
te rursus in bellum resorbens unda
unda fretis tulit aestuosis
ergo obligatam redde ioui dapem
longaque fessum militia latus et
Ad barinen metro saphicum
Ulla si iuris tibi peierati
poena barine nocuisset umquam
dente si nigro fieres uel uno turpior ungui
crederem sed tu simul obligasti
perfidum uotis caput enitescis et cura
pulchrior multo iuuenumque prodis publica
expedit matris cineres opertos
fallere et toto taciturna noctis
signa cum caelo gelidaque diuos morte carentis
ridet hoc inquam uenus ipsa rident
simplices nymphae ferus et cupido
semper ardentis acuens sagittas
cote cruenta
adde quod pubes tibi crescit omnis
seruitus crescit noua nec priores
impiae tectum dominae relinquunt saepe minati
te suis matres metuunt iuuencis
te senes parci miseraeque nuper
uirgines nuptae tua ne retardet
aura maritos et proloquitur
Ad ualgium consularem amicum suum
metro alcaicum duobus uersibus ut supra tertius
pindaricus

Non semper imbres nubibus hispidos manant in agros

Tu semper urges flebilibus modis

Ad Mecenatem metro tribus generibus

Nolis longa ferae bella Numantiae

Ad hirpenium monens unum quemque utilitati sue

Quid bellicosus cantaber et scithes

Hirpine quinte cogitet hadria

Ad postumum de celeritate uitae

Eheu fugaces postume postume

Ad arborem

Ille et nefasto te posuit die

Non usitata nec tenui ferar
pinna biformis per liquidum aethera
vates neque in terris morabor
longius invidiaque maior
urbes relinquam non ego pauperum
sanguis parentum non ego quem vocas
dilecte mecenas obibo
nec stigia cohibebor unda
iam iam residunt cruribus asperae
pelles et album mutor in alitem
superne nascunturque leves
per digitos umerosque plume
iam dedaleo notior icaro
visam gementis litora bosphori
sirtesque getulas canorus
ales yperboreosque campos
me colchus et qui dissimulat metum
marse cohortis dacus et ultimi
noscent geloni me peritus
discet hiber rhodanique potor
absint inani funere nenie
luctusque turpes et querimonie
conpesce clamorem ac sepulcri
mitte supervacuos honores

Lib carm II explicit

Lib. III. Ad chorum virginum et puerorum

metrum duobus versibus alcaicis
iambicis dimetris catalecticis
quod est pindaricum. C

Odi profanum vulgus et arceo
favete linguis carmina non prius
audita musarum sacerdos
virginibus puerisque canto
regum timendorum in proprios greges
reges in ipsos imperium est iovis
clari giganteo triumpho
cuncta supercilio moventis
est ut viro vir latius ordinat
arbusta sulcis hic generosior
descendat in campum petitor
moribus hic meliorque fama
contendat illi turba clientium
sit maior equa lege necessitas
sortitur insignes et imos
omne capax movet urna nomen

Destrictus ensis cui super impia
cervice pendet non siculae dapes
dulcem elaborabunt saporem
non avium citharaeque cantus
somnum reducent somnus agrestium
lenis virorum non humiles domos
fastidit umbrosamque ripam
non zephyris agitata tempe
desiderantem quod satis est neque
tumultuosum sollicitat mare
nec saevus arcturi cadentis impetus
aut orientis hedi
non verberatae grandine vineae
fundusque mendax arbore nunc aquas
culpante nunc torrentia agros
sidera nunc hiemes iniquas
contracta pisces aequora sentiunt
iactis in altum molibus huc frequens
cementa demittit redemptor
cum famulis dominusque terrae
fastidiosus sed timor et minae
scandunt eodem quo dominus neque
decedit aerata triremi
et post equitem sedet atra cura
quodsi dolentem nec phrygius lapis
nec purpurarum sidere clarior
delenit usus nec falerna
vitis achemeniumque costum
cur invidendis postibus et novo
sublime ritu moliar atrium
cur valle permutem sabina
divitias operosiores

Ad amicos metrum alcaicum
iambicis ut supra quod pindaricum

Angustam amice pauperiem pati
robustus acri militia puer condiscat
et parthos feroces
vexet eques metuendus hasta
dulce et decorum est pro patria mori
mors et fugacem persequitur virum
nec parcit inbellis iuventae
poplitibus timidove tergo. et

Ad calliopen musam
metrum quod supra

Descende celo et dic age tibia
regina longum calliope melos
seu voce nunc mavis acuta
seu fidibus citharave phoebi
auditis an me ludit amabilis

insania audire et videor pios
errare per lucos amoenae
quos et aquae subeunt et aurae
me fabulosae vulture in apulo
nutricis extra limina pulliae
ludo fatigatumque somno
fronde nova puerum palumbes
texere mirum quod foret omnibus
quicumque celsae nidum acherontiae
saltusque bantinos et arvum
pingue tenent humilis forenti
ut tuto ab atris corpore viperis
dormirem et ursis ut premerer sacra
lauroque conlataque myrto
non sine dis animosus infans
vester camene vester in arduos
tollor sabinos seu mihi frigidum
preneste seu tibur supinum
seu liquidae placuere baiae
vestris amicum fontibus et choris
non me philippis versa acies retro
devota non extinxit arbor
nec sicula palinurus unda
utcumque mecum vos eritis libens
insanientem navita bosphorum
temptabo et urentes harenas
litoris assyrii viator
visam britannos hospitibus feros
et laetum equino sanguine concanum
visam pharetratos gelonos
et scythicum inviolatus amnem
vos caesarem altum militia simul
fessas cohortes addidit oppidis
sed quid typhoeus et validus mimas
aut quid minaci porphyrion statu
quid rhoetus evulsisque truncis
enceladus iaculator audax
contra sonantem palladis egida
possent ruentes hinc avidus stetit
vulcanus hinc matrona iuno et
numquam humeris positurus arcum
qui rore puro castaliae lavit
crinis solutos qui lyciae tenet
dumeta natalemque silvam
delius et patareus apollo
vis consili expers mole ruit sua
testis mearum centimanus gigas
sententiarum notus et integrae
temptator orion dianae
virginea domitus sagitta
iniecta monstris terra dolet suis
meretque partus fulmine luridum
missos ad orcum nec peredit
impositam celer ignis ethnen
incontinentis nec tityi iecur
relinquit ales nequitie additus
custos amatorem trecente
pirithoum cohibent

AD DIUU AUGUSTU

Celo tonante credi[...] Iove[m]

[...]

AD POPULU ROM

[...]

AD ASTERIEN

Quid fles Asterie [...]

[...]

AD LIDIA MERETRICE

Donec grat[us] era[m] tibi [...]

[...]

AD MECENATE

saphicu

Martiis celebs quid agam Kalendis [...]

[...]

clamor et ira

[...]

si flava excutitur Chloe.

Ad fontem Bandusie

Ad Lycen

Ad Chloridem

Ad Telephum

Ad C. Mecenatem

Ad Amphoram

Ad Elium Lamiam

De lyden parthenice de neptunalibus

Ad dianam luciferam

Ymnus ad liberum patrem in supplicia

Ad mecenatem

Ad fidilen rusticam

Ad uenerem

Diuites auaros

dumeta pluuiam carecta,
rip auagis tacitum uenti.
Tu ciuitatem quis deceat status
curas et urbi sollicitus times
quid seres et regna Cyro
bactra parent tanaisque discors.
prudens futuri temporis exitum
caliginosa nocte premit deus
ridetque si mortalis ultra
fas trepidat. quod adest memento
componere aequus. cetera fluminis
ritu feruntur nunc medio alueo
cum pace delabentis etruscum
in mare nunc lapides adesos
stirpesque raptas et pecus et domos
uoluentis una non sine montium
clamore uicineque siluae
cum fera diluuies quietos
irritat amnes. ille potens sui
laetusque deget cui licet in diem
dixisse uixi cras uel atra
nube polum pater occupato
uel sole puro non tamen irritum
quodcumque retro est efficiet neque
diffinget infectumque reddet
quod fugiens semel hora uexit.
Fortuna saeuo laeta negotio et
ludum insolentem ludere pertinax
transmutat incertos honores
nunc mihi nunc alii benigna.
Laudo manentem si celeres quatit
pinnas resigno quae dedit et mea
uirtute me inuoluo probamque
pauperiem sine dote quaero.
Non est meum si mugiat africis
malus procellis ad miseras preces
decurrere et uotis pacisci
ne cypriae tyriaeque merces
addant auaro diuitias mari.
Tunc me biremis praesidio scaphae
tutum per aegeos tumultus
aura feret geminusque pollux.

Ad Melpomenem

Mutam metrum archilochium.

Exegi monumentum aere perennius
regalique situ pyramidum altius
quod non imber edax non aquilo impotens
possit diruere aut innumerabilis
annorum series et fuga temporum.
Non omnis moriar multaque pars mei
uitabit libitinam usque ego postera
crescam laude recens dum capitolium
scandet cum tacita uirgine pontifex.
dicar qua uiolens obstrepit aufidus
et qua pauper aquae daunus agrestium
regnauit populorum ex humili potens
princeps aeolium carmen ad italos
deduxisse modos. sume superbiam
quaesitam meritis et mihi delphica
lauro cinge uolens melpomene comam.

Expl. carminum lib tercius

Incip lib IIII.

Allegoricos ad se affirmat ... se ... carmina adue nere. Eltice Erotice dicopos metrum ... archipiadeum.

Intermissa uenus diu
rursus bella moues parce precor precor.
non sum qualis eram bonae
sub regno cinarae desine dulcium
mater saeua cupidinum
circa lustra decem flectere mollibus
iam durum imperiis abi quo
blandae iuuenum te reuocant preces.
tempestiuus in domo
pauli purpureis ales oloribus
comissabere maximi
si torrere iecur quaeris idoneum.
namque et nobilis et decens
et pro sollicitis non tacitus reis
et centum puer artium
late signa feret militiae tuae
et quandoque potentior
largi muneribus riserit aemuli
albanos prope te lacus
ponet marmoream sub trabe citrea.
illic plurima naribus
duces tura lyraeque et berecyntiae
delectabere tibiae
mixtis carminibus non sine fistula
illic bis pueri die
numen cum teneris uirginibus tuum
laudantes pede candido
in morem salium ter quatient humum.
me nec femina nec puer
iam nec spes animi credula mutui
nec certare iuuat mero
nec uincire nouis tempora floribus.
sed cur heu ligurine cur
manat rara meas lacrima per genas
cur facunda parum decoro
inter uerba cadit lingua silentio.
nocturnis ego somniis
iam captum teneo iam uolucrem sequor
te per gramina martii
campi te per aquas dure uolubiles.

Ad iullum anto*nium* ... poetam

Uenerationem mecenatis ... metrum saphicum ...

Pindarum quisquis studet aemulari
iule ceratis ope dedalea
nititur pinnis uitreo daturus
nomina ponto.
monte decurrens uelut amnis imbres
quem super notas aluere ripas
feruet inmensusque ruit profundo
pindarus ore
laurea donandus apollinari
seu per audaces noua dithyrambos
uerba deuoluit numerisque fertur
lege solutis
seu deos regesque canit deorum
sanguinem per quos cecidere iusta
morte centauri cecidit tremendae
flamma chimerae
siue quos elea domum reducit
palma caelestes pugilemue equumue
dicit et centum potiore signis
munere donat
flebili sponsae iuuenemue raptum
plorat et uires animumque moresque
aureos educit in astra nigroque
inuidet orco.
multa dirceum leuat aura cycnum
tendit antoni quotiens in altos
nubium tractus ego apis matinae
more modoque
grata carpentis thyma per laborem
plurimum circa nemus uuidique
tiburis ripas operosa paruus
carmina fingo.
concines maiore poeta plectro
caesarem quandoque trahet feroces
per sacrum cliuum merita decorus
fronde sicambros
quo nihil maius meliusue terris
fata donauere bonique diui
nec dabunt quamuis redeant in aurum
tempora priscum.

Ad urbem romanam de in
dol. ducum. p. sphonetice
com. distrophe tetracolos
metr. duob. iamb. alcaicum et iambic.
dimetr. ypercatalectic. q. pindaricus

Qualem ministrum fulminis alitem
cui rex deorum regnum in aves vagas
permisit expertus fidelem
iuppiter in ganymede flavo
olim iuventas et patrius vigor
nido laborum propulit inscium
vernique iam nimbis remotis
insolitos docuere nisus
nido laborum propulit inscium
vernique iam nimbis remotis
ventis paventem mox in ovilia
demisit hostem vividus impetus
nunc in reluctantes dracones
egit amor dapis atque pugnae
qualemve laetis caprea pascuis
intenta fulvae matris ab ubere
iam lacte depulsum leonem
dente novo peritura vidit
videre raeti bella sub alpibus
drusum gerentem vindelici quibus
mos unde deductus per omne
tempus amazonia securi
dextras obarmet quaerere distuli
nec scire fas est omnia sed diu
lateque victrices catervae
consiliis iuvenis revictae
sensere quid mens rite quid indoles
nutrita faustis sub penetralibus
posset quid augusti paternus
in pueros animus nerones
fortes creantur fortibus et bonis
est in iuvencis est in equis patrum
virtus neque inbellem feroces
progenerant aquilae columbam
doctrina sed vim promovet insitam
rectique cultus pectora roborant
utcumque defecere mores
dedecorant bene nata culpae
quid debeas o roma neronibus
testis metaurum flumen et hasdrubal
devictus et pulcher fugatis
ille dies latio tenebris
qui primus alma risit adorea
dirus per urbes afer ut italas

ceu flamma per taedas vel eurus
per siculas equitavit undas
post hoc secundis usque laboribus
romana pubes crevit et impio
vastata poenorum tumultu
fana deos habuere rectos
dixitque tandem perfidus hannibal
cervi luporum praeda rapacium
sectamur ultro quos opimus
fallere et effugere est triumphus
gens quae cremato fortis ab ilio
iactata tuscis aequoribus sacra
natosque maturosque patres
pertulit ausonias ad urbes
duris ut ilex tonsa bipennibus
nigrae feraci frondis in algido
per damna per caedes ab ipso
ducit opes animumque ferro
non hydra secto corpore firmior
vinci dolentem crevit in herculem
monstrumve submisere colchi
maius echioniaeve thebae
merses profundo pulchrior evenit
luctere multa proruet integrum
cum laude victorem geretque
proelia coniugibus loquenda
carthagini iam non ego nuntios
mittam superbos occidit occidit
spes omnis et fortuna nostri
nominis hasdrubale interempto
nil claudiae non perficient manus
quas et benigno numine iuppiter
defendit et curae sagaces
expediunt per acuta belli

Ad augustum de expeditione
nec enim tardat. orat
per amis. species prosu
tice tetracolos
metr. trib. unib. archipiadeum
...
...

Divis orte bonis optime romulae
custos gentis abes iam nimium diu
maturum reditum pollicitus patrum
sancto concilio redi
lucem redde tuae dux bone patriae
instar veris enim vultus ubi tuus

adfulsit populo gratior it dies
et soles melius nitent
ut mater iuvenem quem notus invido
flatu carpathii trans maris aequora
cunctantem spatio longius annuo
dulci distinet a domo
votis ominibusque et precibus vocat
curvo nec faciem litore demovet
sic desideriis icta fidelibus
quaerit patria caesarem
tutus bos etenim rura perambulat
nutrit rura ceres almaque faustitas
pacatum volitant per mare navitae
culpari metuit fides
nullis polluitur casta domus stupris
mos et lex maculosum edomuit nefas
laudantur simili prole puerperae
culpam poena premit comes
quis parthum paveat quis gelidum scythen
quis germania quos horrida parturit
fetus incolumi caesare quis ferae
bellum curet hiberiae
condit quisque diem collibus in suis
et vitem viduas ducit ad arbores
hinc ad vina redit laetus et alteris
te mensis adhibet deum
te multa prece te prosequitur mero
defuso pateris et laribus tuum
miscet numen uti graecia castoris
et magni memor herculis
longas o utinam dux bonas ferias
praestes hesperiae dicimus integro
sicci mane die dicimus uvidi
cum sol oceano subest

mina suā. mereri
qm nhl ē pñcdpm
nib; illustratur
metr duob; unib; alcaic et ... la
...
pindaricus ... quide

Ne forte credas interitura

dicet heu quotiens te speculo uideris alterū
q̄ mens ē hodie cur eadē n̄ puero fuit
uel cur his animis incolumes n̄ redeunt genę

Compote se uoti sui factū
ee de supplice amic. fac
ta pr. parentice Lyce

Audiuere lyce di mea uota di
Audiuere lyce fis anus et tamē
uis formosa uideri
ludisq; et bibis impudens
et cantu tremulo pota cupidinē
lentū sollicitas ille uirentis et
doctę psallere chię
pulchris excubat in genis
importunus enim transuolat aridas
quercus et refugit te q; luridi
dentes te q; rugę
turpant et capitis niues
nec coę referunt iā tibi purpurę
nec cari lapides tempora q̄ semel
notis condita fastis
inclusit uolucris dies
quo fugit heu quo ue color decens
q̄ motus q̄d habes illius illius
q̄ spirabat amores
q̄ me surpuerat mihi
felix post cinarā notaq; et artiū
gratarū facies sed cinarę breues
annos fata dederunt
seruatura diu parē
cornicis uetulę temporibus lycen
possent ut iuuenes uisere feruidi
multo n̄ sine risu
delapsā in cineres facē

Q. horatii flacci carm̄ lib. IIII. expl. Incip lib. V. Epodon ad mecenatem

Ibis liburnis inter alta nauiū
amice propugnacula

Beatus ille qui procul negotiis

Ad rectū me n̄ a lib tinū uedium rufū

Lupis et agnis quanta sortito obtigit
tecū mihi discordia ē
hibericis peruste funibus latus
et crura dura compede
licet superbus ambules pecunia
fortuna n̄ mutat genus

Ad ligurinū speciosū et arrogan
te ad uirū maiores
Erotice monocolor

O crudelis adhuc et ueneris muneribus potens
insperata tuę cū ueniet pluma superbię
et q̄ nunc umeris inuolitant deciderint comę
nunc et q̄ color ē puniceę flore prior rosę
mutatus ligurinū in faciem uerterit
hispidam

furor ne cecus an rapit vis acrior
an culpa. responsum date
tacent et albus ora pallor inficit
mentesque perculse stupent
sic est. acerba fata romanos agunt
scelusque fraterne necis
ut immerentis fluxit in terram remi
sacer nepotibus cruor.

Rogare longo putidam
te seculo. uires
quid eneruet meas
cum sit tibi dens ater et rugis uetus
frontem senectus exaret
hietque turpis inter aridas nates
podex uelut crude bouis.
sed incitat me pectus et mamme putres
equina quales ubera
uenterque mollis et femur tumentibus
exile suris additum.
esto beata. funus atque imagines
ducant triumphales tuum
nec sit marita que rotundioribus
onusta bacis ambulet.
quid quod libelli stoici inter sericos
iacere puluillos amant
illiterati num minus nerui rigent
minusue languet fascinum
quod ut superbo prouoces ab inguine
ore allaborandum est tibi.

Nime libidinis mulie
rem repellit. digna
ait ee elefantis
primus uersus heroicus secundus tetra
podia heroica. Epodos.

Quid tibi uis mulier
nigris dignissima barris
munera cur mihi quidue tabellas
mittis nec firmo iuueni neque naris obese
namque sagacius unus odoror
polypus an grauis hirsutis cubet hircus in alis
quam canis acer ubi lateat sus.
qui sudor uietis et quam malus undique membris
crescit odor cum pene soluto
indomitam properat rabiem sedare neque illi
iam manet humida creta colorque
stercore fucatus crocodili iamque subando
tenta cubilia tectaque rumpit
uel mea cum seuis agitat fastidia uerbis
inachia langues minus ac me
inachiam ter nocte potes mihi semper ad unum
mollis opus. pereat male que te
lesbia querenti taurum monstrauit inertem
cum mihi cous adesset amyntas
cuius in indomito constantior inguine neruus
quam noua collibus arbor inheret.
muricibus tyriis iterate uellera lane
cui properabantur tibi nempe
ne foret equales inter conuiua magis quem
diligeret mulier sua quam te.
o ego non felix quam tu fugis ut pauet acris
agna lupos capreeque leones.

Finit ad canidie ueneficam supatam
allegoricos de precatur ipsibi parcere
Tetrametrus iambicus

Iam iam efficaci do manus scientie
supplex et oro regna per proserpine
per et diane non mouenda numina
per atque libros carminum ualentium
refixa celo deuocare sidera
canidia parce uocibus tandem sacris
citumque retro solue solue turbinem.
mouit nepotem telephus nereium
in quem superbus ordinauit agmina
mysorum et in quem tela acuta torserat.
unxere matres iliae addictum feris
alitibus atque canibus homicidam hectorem
postquam relictis menibus rex procidit
heu peruicacis ad pedes achillei.
setosa duris exuere pellibus
laboriosi remiges ulixei
uolente circa membra. tunc mens et sonus
relapsus atque notus in uultus honor.
dedi satis superque penarum tibi
amata nautis multum et institoribus.
fugit iuuentas et uerecundus color
reliquit ossa pelle amicta lurida.
tuis capillus albus est odoribus.
nullum a labore me reclinat otium.
urget diem nox et dies noctem neque est
leuare tenta spiritu precordia.
ergo negatum uincor ut credam miser
sabella pectus increpare carmina
caputque marsa dissilire nenia.

POETICA ORATII INCIP capit[…]

Humano pectori cervicem pector […]

156

hic amat laudat matronam nullam ego tango
ut quondam marseus amator originis ille
qui patrium mime donat fundumque laremque
nil fuerit mi inquit cum uxoribus umquam alienis
verum hoc cum mimis hoc cum meretricibus unde
fama malum gravius quam res trahit an tibi abunde
personam satis est non illud quidquid ubique
officit evitare bonam deperdere famam
rem patris oblimare malum est ubicumque quid inter-
est in matrona ancilla peccesne togata
villius in fausta sylle gener hic miser uno
nomine deceptus poenas dedit usque superque
quam satis est pugnis cesus ferroque petitus
exclusus fore cum longarenus foret intus
huic si mutonis verbis mala tanta videntis
diceret hec animus quid vis tibi numquid ego a te
magno prognatum deposco consule cunnum
velatumque stola mea cum conferbuit ira
quid responderet magno patre nata puella est
at quanto meliora monet pugnantiaque istis
dives opis natura sue tu si modo recte
dispensare velis ac non fugienda petendis
immiscere tuo vitio rerumne labores
nil referre putas quare ne peniteat te
desine sectarier matronas unde laboris
plus haurire mali est quam ex re decerpere fructus
nec magis huic inter niveos viridesque lapillos
sit licet hoc cerinthe tuum tenerum est femur aut crus
rectius atque etiam melius persepe togate
adde huc quod mercem sine fucis gestat aperte
quod venale habet ostendit nec si quid honesti est
iactat habetque palam querit quo turpia celet
regibus hic mos est ubi equos mercantur opertos
inspiciunt ne si facies ut sepe decora
molli fulta pede est emptorem inducat hiantem
quod pulchre clunes breve quod caput ardua cervix
hoc illi recte ne corporis optima lyncei
contemplere oculis hypsea cecior illa
que mala sunt spectes o crus o bracchia verum
depugis nasuta brevi latere ac pede longo est
matrone preter faciem nil cernere possis
cetera ni catia est demissa veste tegentis
si interdicta petes vallo circumdata nam te
hoc facit insanum multe tibi tum officient res
custodes lectica ciniflones parasite
ad talos stola demissa et circumdata palla
plurima que invideant pure apparere tibi rem

altera nil obstat cois tibi pene videre est
ut nudam ne crure malo ne sit pede turpi
metiri possis oculo latus an tibi mavis
insidias fieri pretiumque avellier ante
quam mercem ostendi leporem venator ut alta
in nive sectetur positum sic tangere nolit
cantat et apponit meus est amor huic similis nam
transvolat in medio posita et fugientia captat
hiscine versiculis speras tibi posse dolores
atque estus curasque graves e pectore tolli
nonne cupidinibus statuat natura modum quem
quid latura sibi quid sit dolitura negatum
querere plus prodest et inane abscindere soldo
num tibi cum fauces urit sitis aurea queris
pocula num esuriens fastidis omnia preter
pavonem rhombumque tument tibi cum inguina num si
ancilla aut verna est presto puer impetus in quem
continuo fiat malis tentigine rumpi
non ego namque parabilem amo venerem facilemque
illam post paulo sed pluris si exierit vir
gallis hanc philodemus ait sibi que neque magno
stet pretio neque cunctetur cum est iussa venire
candida rectaque sit munda hactenus ut neque longa
nec magis alba velit quam dat natura videri
hec ubi supposuit dextro corpus mihi levum
ilia et egeria est do nomen quodlibet illi
nec vereor ne dum futuo vir rure recurrat
ianua frangatur latret canis undique magno
pulsa domus strepitu resonet ve pallida lecto
desiliat mulier miseram se conscia clamet
cruribus hec metuat doti deprensa egomet mi
discincta tunica fugiendum est ac pede nudo
ne nummi pereant aut puga aut denique fama
deprendi miserum est fabio vel iudice vincam

Omnibus hoc vitium est cantoribus inter amicos
ut numquam inducant animum cantare rogati
iniussi numquam desistant sardus habebat
ille tigellius hoc cesar qui cogere posset
si peteret per amicitiam patris atque suam non
quicquam proficeret si collibuisset ab ovo
usque ad mala citaret io bacche modo summa
voce modo hac resonat que chordis quattuor ima
nil equale homini fuit illi sepe velut qui
currebat fugiens hostem persepe velut qui
iunonis sacra ferret habebat sepe ducentos
sepe decem servos modo reges atque tetrarchas
omnia magna loquens modo sit mihi mensa tripes

Metamorphoseon .I. Lib. p. ouidy

In noua fert animus mutatas dicere formas
corpora di coeptis nam uos mutastis et illas
adspirate meis primaque ab origine mundi
ad mea perpetuum deducite tempora carmen
Ante mare et terras et quod tegit omnia celum
unus erat toto nature uultus in orbe
quem dixere chaos rudis indigestaque moles
non bene iunctarum discordia semina rerum
Nullus adhuc mundo prebebat lumina titan
nec noua crescendo reparabat cornua phoebe
nec circumfuso pendebat in aere tellus
ponderibus librata suis nec brachia longo
margine terrarum porrexerat amphitrite
utque erat et tellus illic et pontus et aer
sic erat instabilis tellus innabilis unda
lucis egens aer nulli sua forma manebat
obstabatque aliis aliud quia corpore in uno
frigida pugnabant calidis humentia siccis
mollia cum duris sine pondere habentia pondus
hanc deus et melior litem natura diremit
Nam celo terras et terris abscidit undas
et liquidum spisso secreuit ab aere celum
Que postquam euoluit cecoque exemit aceruo
dissociata locis concordi pace ligauit
ignea conuexi uis et sine pondere celi
emicuit summaque locum sibi fecit in arce
proximus est aer illi leuitate locoque
densior his tellus elementaque grandia traxit
et pressa est grauitate sua circumfluus humor
ultima possedit solidumque coercuit orbem
Sic ubi dispositam quisquis fuit ille deorum
principio terram ne non equalis ab omni
parte foret magni speciem glomerauit in orbis
Tum freta diffundi rapidisque tumescere uentis
iussit et ambite circumdare litora terre
addidit et fontes et stagna immensa lacusque
fluminaque obliquis cinxit decliuia ripis
que diuersa locis partim sorbentur ab ipsa
in mare perueniunt partim campoque recepta
liberioris aque pro ripis litora pulsant
iussit et extendi campos subsidere ualles
fronde tegi siluas lapidosos surgere montes
utque due dextra celum totidemque sinistra
parte secant zone quinta est ardentior illis
sic onus inclusum numero distinxit eodem
cura dei totidemque plage tellure premuntur

quarum que media est non est habitabilis estu
nix tegit alta duas totidem inter utramque locauit
temperiemque dedit mixta cum frigore flamma
imminet his aer qui quanto est pondere terre
pondere aque leuior tanto est onerosior igni
illic et nebulas illic consistere nubes
iussit et humanas motura tonitrua mentes
et cum fulminibus facientes fulgura uentos
his quoque non passim mundi fabricator habendum
aera permisit uix nunc obsistitur illis
cum sua quisque regat diuerso flamina tractu
quin lanient mundum tanta est discordia fratrum
Eurus ad auroram nabateaque regna recessit
persidaque et radiis iuga subdita matutinis
Vesper et occiduo que litora sole tepescunt
proxima sunt zephiro scithiam septemque triones
horrifer inuasit boreas contraria tellus
nubibus assiduis pluuioque madescit ab austro
hec super imposuit liquidum et grauitate carentem
ethera nec quicquam terrene fecis habentem
Vix ita limitibus dissepserat omnia certis
cum que pressa diu fuerant caligine ceca
sidera ceperunt toto efferuescere celo
neu regio foret ulla suis animalibus orba
astra tenent celeste solum formeque deorum
cesserunt nitidis habitande piscibus unde
terra feras cepit uolucres agitabilis aer
Sanctius his animal mentisque capacius alte
deerat adhuc et quod dominari in cetera posset
natus homo est siue hunc diuino semine fecit
ille opifex rerum mundi melioris origo
siue recens tellus seductaque nuper ab alto
ethere cognati retinebat semina celi
quam satus yapeto mixtam pluuialibus undis
finxit in effigiem moderantum cuncta deorum
pronaque cum spectent animalia cetera terram
os homini sublime dedit celumque uidere
iussit et erectos ad sidera tollere uultus
sic modo que fuerat rudis et sine imagine tellus
induit ignotas hominum conuersa figuras
Aurea prima sata est etas que uindice nullo
sponte sua sine lege fidem rectumque colebat
nondum cesa suis peregrinum ut uiseret orbem
montibus in liquidas pinus descenderat undas
nullaque mortales preter sua litora norant
nondum precipites cingebant oppida fosse
non tuba directi non eris cornua flexi

de prima etate

m[illegible] arbuta

Ni falce nemus erant .. sine militis usu
mollia secure peragebant ocia gentes
Ipsa quoque inmunis rastroque intacta nec ullis
saucia vomeribus per se dabat omnia tellus
Contentique cibis nullo cogente creatis
Arbuteos fetus montanaque fraga legebant
Cornaque et in duris herentia mora rubetis
Et que deciderant patula Iovis arbore glandes
Ver erat eternum placidique tepentibus euris
mulcebant zephiri natos sine semine flores
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat
Nec renovatus ager gravidis canebat aristis
Flumina iam lactis iam flumina nectaris ibant
Flavaque de viridi stillabant ilice mella
Postquam Saturno tenebrosa in tartara misso
Sub Iove mundus erat subiit argentea proles
Auro deterior fulvo pretiosior ere
Iuppiter antiqui contraxit tempora veris
Perque hiemes estusque et inequales autumnos
Et breve ver spatiis exegit quattuor annum
Tum primum siccis aer fervoribus ustus
Canduit et ventis glacies astricta
pependit   fuerunt
Tum primum subiere domos domus antra
Et densi frutices et vincte cortice virge
Semina tum primum longis cerealia sulcis
Obruta sunt pressique iugo gemuere iuvenci
Tertia post illam successit enea proles
Sevior ingeniis et ad horrida promptior arma
Non scelerata tamen de duro est ultima ferro
Protinus irrupit vene peioris in evum
Omne nefas fugere pudor verumque fidesque
In quorum subiere locum fraudesque dolique
Insidieque et vis et amor sceleratus habendi
Vela dabat ventis nec adhuc bene
noverat illos. Navita queque diu
steterant in montibus altis
Fluctibus ignotis insultavere carine
Communemque prius ceu lumina solis et auras
Cautus humum longo signavit limite mensor
Nec tantum segetes alimentaque debita dives
Poscebatur humus sed itum est in viscera terre
Quasque recondiderat stigiisque admoverat umbris
Effodiuntur opes irritamenta malorum
Iamque nocens ferrum ferroque nocentius aurum
Prodierat prodit bellum quod pugnat utroque
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma
Vivitur ex rapto non hospes ab hospite tutus
Non socer a genero fratrum quoque gratia rara est
Imminet exitio vir coniugis illa mariti

Lurida terribiles miscent aconita noverce
Filius ante diem patrios inquirit in annos
Victa iacet pietas et virgo cede madentes
Ultima celestum terras Astrea reliquit
Neve foret terris securior arduus ether
Affectasse ferunt regnum celeste gigantes
Altaque congestos struxisse ad sidera montes
Tum pater omnipotens misso perfregit olimpum
Fulmine et excussit subiectum pelion osse
Obruta mole sua cum corpora dira iacerent
Perfusam multo natorum sanguine terram
Immaduisse ferunt calidumque animasse cruorem
Et ne nulla sue stirpis monimenta manerent
In faciem vertisse hominum sed et illa propago
Contemptrix superum seveque avidissima cedis
Et violenta fuit scires e sanguine natos
Que pater ut summa vidit saturnius arce
Ingemit et facto nondum vulgata recenti
Foeda licaonie referens convivia mense
Ingentes animo et dignas Iove concipit iras
Conciliumque vocat tenuit mora nulla vocatos
Est via sublimis celo manifesta sereno
Lactea nomen habet candore notabilis ipso
Hac iter est superis ad magni tecta tonantis
Regalemque domum dextra levaque deorum
Atria nobilium valvis celebrantur apertis
Plebs habitat diversa locis hac parte potentes
Celicole clarique suos posuere penates
Hic locus est quem si verbis audacia detur
Haud timeam magni dixisse palatia celi
Ergo ubi marmoreo superi sedere recessu
Celsior ipse loco sceptroque innixus eburno
Terrificam capitis concussit terque quaterque
Cesariem cum qua terram mare sidera movit
Talibus inde modis ora indignantia solvit
Non ego pro mundi regno magis anxius illa
Tempestate fui qua centum quisque parabat
Inicere anguipedum captivo brachia celo
Nam quamquam ferus hostis erat tamen illud ab uno
Corpore et ex una pendebat origine bellum
Nunc mihi qua totum nereus circumsonat orbem
Perdendum est mortale genus per flumina iuro
Infera sub terras stigio labentia luco
Cuncta prius temptanda sed inmedicabile corpus
Ense recidendum ne pars sincera trahatur
Sunt mihi semidei sunt rustica numina nimphe

Faunique satyrique et monticole silvani
quos quoniam celi non dum dignamini honore
quas dedimus certe terras habitare sinamus
An satis o superi tutos fore creditis illos
cum mihi qui fulmen qui vos habeoque regoque
struxerit insidias notus feritate Lycaon
Confremuere omnes studiisque ardentibus ausum
Nat lupus inter oves nec vires fulminis apro
Unda vehit tigres fulvos vehit unda leones
Crura nec ablato prosunt velocia cervo
quesitisque diu terris ubi sistere posset
In mare lassatis volucris vaga decidit alis
obruerat cumulos inmensa licentia ponti
Nec longus labor est patrios tibi nosse penates
unde oritur domus est terre contermina nostre
si modo fert animus gradere et scitabere ab ipso
Emicat extemplo letus post talia matris
dicta sue Phaeton et concipit ethera mente
Ethiopasque suos positosque sub ignibus Indos
sidereis transit patriosque adit inpiger ortus

Materiam superabat opus nam Mulciber illic
equora celarat medias cingentia terras
terrarumque orbem celumque quod imminet orbi
Ceruleos habet unda deos Tritona canorum
Proteaque ambiguum ballenarumque prementem
Egeona suis inmania terga lacertis
Doridaque et natas quarum pars nare videtur
pars in mole sedens virides siccare capillos
pisce vehi quedam facies non omnibus una
non diversa tamen qualem decet esse sororum
Terra viros urbesque gerit silvasque ferasque
fluminaque et nymphas et cetera numina ruris
Hec super inposita est celi fulgentis imago signaque
sex foribus dextris totidemque sinistris
Quo simul acclivi Clymeneia limite proles
venit et intravit dubitati tecta parentis
protinus ad patrios sua fert vestigia vultus
consistitque procul neque enim propiora videbat

Incip. Lib. II.

I Ethiopes ex albis in nigros
II Phetontiades in populos
III Heliadum lacrime in electrum
IIII Cygnus in avem cygnus
V Iuppiter in dianam
VI Celisto in ursam
VII Arcas in stella booten
VIII Corvus ex albo in nigrum
IX Coronis in ave cornice
X Esculapius ex mortali in deum
XI Nyctimene in ave noctua
XII Ocyroe in equam
XIII Chiron ex mortali inmortale
XIIII Battus in index
XV Aglauros in lapide
XVI Iuppiter in taurum et columnis

Capit. Lib. III.

Dentes serpentis in homines armatos
I Acteon in cervum
II Iuno in anum
III [illegible] Semele in feminam
IIII Tiresias ex femina in masculum
V Echo nympha in lapidem
VI Narcissus in florem
VII Liber in hominem
VIII Liber
IX Tyrrheni pirate in delphines

Regia solis erat sublimibus alta columnis
clara micante auro flammasque imitante pyropo
cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat
argenti biforis radiabant lumine valve

Iamque deus posita fallacis imagine tauri
se confessus erat Dicteaque rura tenebat
cum pater ignarus Cadmo perquirere raptam
imperat et penam si non invenerit addit
exilium facto pius et sceleratus eodem
Orbe pererrato quis enim deprendere possit
furta Iovis profugus patriamque iramque parentis
vitat Agenorides Phebique oracula supplex
consulit et que sit tellus habitanda requirit
Bos tibi Phebus ait solis occurret in arvis
Nullum passa iugum curvique inmunis aratri
hac duce carpe vias et qua requieverit herba
menia fac condas Beotiaque illa vocato
Vix bene Castalio Cadmus descenderat antro
incustoditam lente videt ire iuvencam
Nullum servitii signum cervice gerentem

Faunique satyrique et monticole silvani
quos quoniam celi nondum dignamur honore
quas dedimus certe terras habitare sinamus.
An satis o superi tutos fore creditis illos
cum mihi qui fulmen qui vos habeoque regoque
struxerit insidias notus feritate Lycaon
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Nec longe labor est patrios tibi nosse penates
unde oritur domus est terre contermina nostre
si modo fert animus gradere et scitabere ab ipso
Emicat extemplo letus post talia matris
dicta sue Phaeton et concipit ethera mente
Ethiopasque suos positosque sub ignibus Indos
sidereis transit patriosque adit impiger ortus

Incip. Lib. II.

I Ethiopes ex albis in nigros
. . . ex reis populos
II Phetontiades heliades in arbores
III Heliadum lacrime in electrum
IIII Cygnus in avem cygnus
V Iuppiter in Dianam
VI Calisto in ursam
VII Arcas in stellam bootem
VIII Corvus ex albo in nigrum
IX Coronis in avem cornicem
X Esculapius ex mortali in deum
XI Nyctimene in avem noctuam
XII Ocyroe in equam
XIII Chiron ex mortali immortalis
XIV Battus in indicem
XV Aglauros in lapidem
XVI Iuppiter in taurum
XVII ex columnis

I Regia Solis erat sublimibus alta columnis
clara micante auro flammasque imitante pyropo
cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat
argenti bifores radiabant lumine valve

[illegible]
equora celarat medias cingentia terras
terrarumque orbem celumque quod imminet orbi
ceruleos habet unda deos Tritona canorum
Proteaque ambiguum ballenarumque prementem
Egeona suis immania terga lacertis
Doridaque et natas quarum pars nare videtur
pars in mole sedens virides siccare capillos
pisce vehi quedam facies non omnibus una
nec diversa tamen qualem decet esse sororum
Terra viros urbesque gerit silvasque ferasque
fluminaque et nymphas et cetera numina ruris
[illegible]
[illegible]
[illegible]
venit et intravit dubitati tecta parentis
protinus ad patrios sua fert vestigia vultus
consistitque procul neque enim propiora videbat

Capit. Lib. III.

I	Dentes serpentis	In homines armatos
II	Acteon	In cervum
III	Iuno	In anum
IIII	Tiresias ex masculo	In feminam
V	Rursus ex femina	In masculum
VI	Echo nympha	In lapidem
VII	Narcissus	In florem
VIII	Liber	In hominem
IX	Tyrrheni pirate	In delphines

Iamque deus posita fallacis imagine tauri
se confessus erat Dicteaque rura tenebat
cum pater ignarus Cadmo perquirere raptam
imperat et poenam si non invenerit addit
exilium facto pius et sceleratus eodem
Orbe pererrato quis enim deprendere possit
furta Iovis profugus patriamque iramque parentis
[illegible] Phebique oracula supplex
consulit et que sit tellus habitanda requirit
Bos tibi Phebus ait solis occurret in arvis
nullum passa iugum curvique immunis aratri
hac duce carpe vias et qua requieverit herba
menia fac condas Beotiaque illa vocato
Vix bene Castalio Cadmus descenderat antro
incustoditam lente videt ire iuvencam
nullum servitii signum cervice gerentem

Siluaticus gramaticus..

[illegible]

Silua uetus stabat nulla uiolata securi

[illegible]

Fecerat exiguas iam sol altissimus umbras

[illegible]

Incipit liber historie gentis anglorum aeditus a beda presbytero. Numero v. libri..

Incipit prologus

Gloriosissimo regi ceolwulfo beda famulus christi et presbyter.

Historiam gentis anglorum ecclesiasticam quam nuper edideram libentissime desideranti rex et prius ad legendum ac probandum transmisi satisque studium tue sinceritatis amplector. quo non solum audiendis scripture sancte uerbis aurem sedulus accommodas uerum et noscendis priorum gestis siue dictis curam uigilanter impendis. Siue enim historia nostre gentis de bonis bona referat ad imitandum bonum auditor sollicitus instigatur. seu mala commemoret de prauis nihilominus religiosus ac pius auditor siue lector deuitando quod noxium est ac peruersum ipse sollertius ad exsequenda ea que bona ac deo digna esse cognouerit accenditur. ob generalis curam salutis que semper latius propalare desideras. Auctor ante omnes atque adiutor opusculi huius. Albinus abba reuerentissimus romam doctissimus uir extitit lundoniensis ecclesie presbyterum religiosum nothelmum

q a discipulis papę gregorii cognouerat gesta u fuisse in
prouincia cantuariorum . et monimentis litterarum et seniorum tradi
tione uiua uoce reuerendissimi albini quę a theodoro
archiepiscopo et adriano abbate audiuit. Porro quę gesta
sunt in prouincia orientalium anglorum atque nordanhymbrorum ecclesiasti
